

\* TRIBUTA REMITTERE, IMMINUERE.

Regni firmandi optimum est auspiciu tributorum laxamentum. Smerdim Magum, scribit Herodotus, singulis, quibus imp...

PAULI EMILII triumphum, quem de tota Macedonia, & Persavio egit, illustriorem reddidit parva populo Romano...

ALEXANDRUM SEVERUM commendat Lampridius, quod vestigalia publica contraxerit. Laudatur & Pifistratus, quod cum rusticum agrum colentem...

Hunc Titulum cum D. Ludovici Gallorum Regis sub persona filii hac ad omnes Principes exhortatiuncula concludam...

\* NON NISI CONSENTIENTE POPULO INDICENDA.

Bellum cum Veientibus gerere sumptu privato gens Fabia Romae a Senatu impetravit. Et cum primum decretum est, militem de publico stipendium accipere...

Gelonis apud Plutarchum dictum extat, qui cum pecunias Syracusanis imperasset, illis indignantibus, se petere dicebat...

Intestina Britannorum seditio sub Eduardo primo orta non ante conquievit, quam decretum latum esset, ne ullum Regi tributum populo Anglico in posterum tempus indicare liceret...

Memorabilem de Constantio historiam narrat Eusebius in Constantini vita, Principibus quotidie ob oculos ponendam velut quandam optimi principatus ideam.

beret. Quibus intellectis, cum legatos apud se commorari iussisset, convocavit Constantium locupletiores ditioris suae...

Quin & ipsi reges multis in locis ea sibi leges posuerunt, ut non nisi indicis, & probatis Comitibus nova tributa imponerent.

Sic Caroli V. & Philippi II. & Alberti, & Isabella in lato introitu Brab. promiferunt, sub veteribus telonioris, & vestigalibus mercatores commutatores, neque supra solum quicumque exactum iri.

Certe Brabantii non quoad vestigalia tantum, sed & qualicumque onera a Joanne Duce ita liberi semper fore promissi sunt, ut nullis precariis gravari possint; nisi si militarem honorem Dux aut filius accipiat, aut filias elocet, aut capiat, si ad aulam Imperatoris vocetur, 100. Librae Lovan. eunti, & totidem redeuntibus debentur, totidem in prolium matrimonii.

Nihilominus in oneribus realibus, seu precariis (Beden vocant idiomate patrio, quod lege indebita sint, & ut exigantur, consensus populi requirunt, prout adhuc hodie ille aut intervenit, aut extorquetur) in Babantia contra G buunt bona Ecclesiastica, quae non sunt amortizata, aut ut talia habita per annos 70. ante annum 1451. & quaecumque Ecclesiastici sibi, & non Ecclesiae acquiriverunt. Ita sancti Philipp. Bonus, litteris 20. Septembris 14. 1. quae instructionem continent super precariis, articulo 7. & 8. Ita Franc. Zypaeus in suis Analyt. postremi juris Eccles. lib. 3. Tit. penult. num. 16. & 21.

\* NEQUE ALITER QUAM EX GRAVI CAUSA.

S. LUDOVICUS Galliae Rex gravissimè cuidam ex suis successit, quod illi auctor esset, ut à regno nova tributa exigere, praescripta etiam exigendorum ratione. Nec iniuria praestantissimus Rex iniusto exactori indignabatur: sciebat enim severam numinis ultionem solere subsequi hanc iniustitiam, quam per Prophetam Michaeam testatur Deus his verbis: Audite, Principes Jacob, &c. Qui violenter tollitis pelles eorum, &c. Ob quod scelus penam subiungit: Sion quasi ager arabicus, & Jerusalem quasi acervus lapidum erit, &c. Atque ideo dictus Rex in testamento suo Philippum haeredem, ac filium suum redde non in hac verba: Fili mi, ante omnia in eam curam incumbe, ut Deum cultu, & amore professus: animo sis pio, & humano erga mendicos, & arduos homines, illisque pro viribus opem feras: iustas regni tui leges observes: ne subditis tuis tributa imperes, aut imponas onera, nisi necessitas urgeat, teque manifesta utilitas regni compellat; idque non ultro, sed gravi de causa facias; si fecus laxis, non Rex, sed tyrannus habebere. P. Ribodoneira lib. 2. de Principe Christiano cap. 10.

\* Trinitas. DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

TRINITAS, quae Graecis τριάς, à personarum in divinis numero nomen accepit. Significat autem unitatem naturae earundem etiam personarum in obliquo dumtaxat, ut loquitur S. Th. 1. p. q. 21. art. 1. si Etymologiam vocis spectamus; numerum autem personarum in recto.

Hinc bene observat Cardm. Bellarmin. lib. 2. cap. 5. de Christo, Tom. 1. Controvers. Trinitatem non significare trium unitatem, ut putavit Valentinus Gentilius; sed simpliciter ternarium personarum: ut patet cum ex voce Graeca τριάς, tum ex sancti Athanasii symbolo ubi dicitur, Trinitatem in unitate veneremur. Itaque ut bene sanctus Fulgentius cap. 1. de fide ad Petrum, Trinitas ad personas refertur, unitas ad naturam. Quod idem fuscè explicat Idorav. l. 7. Etymol. c. 4. & hoc est quod S. Thomas supra dicit, Trinitatem videri dictam quasi trium unitatem, si quis sonum vocum attendat, non tamen hoc proprie ea voce significari, sed solum B numerum trium personarum. Et quavis hoc nomen in Scripturis non inveniatur expressis verbis, tamen ex illa evidenter deducitur, nempe Matth. ult. ubi Christus, Baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; 1. Joann. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Arque utuntur hoc nomen Dion. c. 1. de divinis nom. Iustinus lib. de rebus fidei confess. Tertull. lib. cont. Praxeam, Cyprianus serm. de orat. Domin. & omnes posteriores.

TRINITATIS MYSTERIUM, ESQUE PROFUNDITAS. Mysterii SS. & individuae Trinitatis abyssum ingrestratus S. Aug. 1. de eodem myst. ita orditur. De hac re summa excellentissima eum modestia agendum est, & attentissimis, ac devotis auribus audiendum.

Ubi quaeritur unitas Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nec periculososalicubi erratur, nec laboriosius aliquis quaeritur, nec fructuosius aliquid invenitur. Non pigebit me, si ubi hæsit quaerere; nec pudebit, si ubi erro, discere. Quisquis ergo hoc audit, vel legit, ubi pariter certus est, pergat mecum; ubi pariter hæsit, quaerat mecum: ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me: ubi mecum, revocet me. Ita ingrediatur simul charitatis viam, tendentes ad eum, de quo scriptum est. Querite faciem ejus semper. Et iterum:

Quid hoc id est, Trinitatis mysterium, vel ex parte, vel per speculum, & in enigmate videri: gaudet cognoscens Deum, & gratias agit: qui vero non videri, tendat per pietatem ad videndum, non per cœcitate ad calumniam: quoniam unus est Deus, sed tamen Trinitas, 1. 6. de Trin.

Ceterum nullus mysterii hujus profunditatem verius asserere potuit, quam sanctus hic Doctor, ut ejus ingenium, & conatum in illius comprehensione Deus eludere dignatus fuit, ostensione pueri totum mare alcurolo exiguo excipere laborantis, ejus rei historiam Auctores, qui ante annos 500. scripserunt, recentem, & variis imaginibus Ecclesia expressit, sic ut absque temeritate negari non possit. Scribunt eam, S. Vincentius Ferrar. serm. de Trinit. Volaterran. lib. 11. Athropol. 1. lib. 8. Georgab. P. de Natal. in Vita S. Aug. Thomas Cantipratensis lib. 2. apud p. 3. cap. 48. cujus verba adscribere hic visum.

Eo tempore, quo Beatus Augustinus librum de Trinitate composuit, illi tale miraculum Deus ostendit. Hipponensis civitas Africæ nobilis, in qua B. Augustinus Episcopatum administravit, super litus maris pulcherrime sita erat. Beatus autem Augustinus in consuetudine habebat, ut post divinum studium, & laborem vespere super litus maris, sequentibus à longè Episcopis, & clericis, & pro consilio, & negotio universalis Ecclesiae eum frequentabant, solus antecedens deambulare; ne sollicitus ejus contemplationem, aut studium colloquuntium fabulatio impediret. Cum ergo sic solus incederet, puellum miræ pulchritudinis ibi sedentem invenit, qui facta in terra fossa parvula (sicut pueri in plateis ludentes solent) cochleari argenteo aquam de mari hauriebat, & in illam parvam fossam effundebat. Quem ut B. Augustinus ita ferose sedentem vidit, pedem suo pressit, & stetit: procedens inde puerum salutat, & inquit quid agas, & puer ferè respondit: Volo, inquit, totum istud exhaurire mare, & isti fossa, si possum, infundere. Quo responso quasi puerili vir sanctus in risum decentissimum respondit: Et quomodo, inquit, ò bone

puer, hoc poteris? Ingens est mare, & parvum cochlear, quo hauris, fossa parvula, in quam fundis. Et mox puer. Possibilis, inquit, mihi est hoc facere, quod intendo, quom te implere, quod cogitas. Ad hoc B. Aug. mirabiliter stupefactus, quid hoc esset interrogat: Et puer, Cogitatu, ait, volvis, & æstimas volumine brevi concludere, quid fit illud individuae Trinitatis inexplicabile Sacramentum. Et hoc quidem antiquam possis, isti fossa parvula potius maris undas infundam. Hæc dicens puer repente disparuit: Beatus verò Augustinus Christum in factu glorificans, quam verum puer dixerat, mox advertit. Siquidem cum prius eos libros in Pisanis montibus juxta Centum cellas inchoasset, diu distulit priusquam summam manum istdem immitteret, quod non fecit nisi ætate jam adulta, & graviore, ut constat ex lib. 2. retrat. 19. Epist. 102. ad Aurelium, quæ istis libris præponitur. Eo autem loco ubi supra scriptum miraculum conigit, extat adhuc facellum cum domo Eremitica perantiquum, ubi in lapide, excisa, & penè exesa leguntur hæc.

Sive Patoris, sive Inquilinus, Eremiticam venerare domum, venerare sacellum, Ubi præfulgidum illud Ecclesie lumen Augustinus, Egegium de Trinitate opus inchoavit, Quod mirifico celestis pueri juxta Bertoldi, Litus sibi apparuit oraculo intermissum, In Africandem senex absolvit.

Porrò imparem esse universæ naturæ facultatem, ut hujus mysterii incomprehensibilem profunditatem assequatur, omnium Doctorum sententia, & confessio, unde illud inquirere, perversam curiositatem: tenere verò, & credere, summam securitatem: videre autem sicut est, perfectam felicitatem pronuntiat mellissimus Bernardus serm. 1. inseparat.

Atque ea de causa non immeritò de eodem, cujus paulò antè mentionem fecimus, Augustinus memoratur, quod de Trinitatis mysterio meditant, supervenit mentis exsecus, quem his verbis describit Sabellicus lib. 2. cap. 6. bisforia, & ex illo Marulus lib. 2. cap. 4.

D. AUGUSTINUS Hipponensis Episcopus dum sanctæ Trinitatis mysterium solus in cubiculo sedens contemplantur ita à seipso abscesserat, ut à muliere, que illum consilere cupiebat, sapius interpellatus nihil responderet; immò ne respiceret quidem: mulier denique, quia se contemptam putavit, abiit tristis. Postero autem die, cum eum in Ecclesia audiret, in spiritu rapta vidit de Trinitate disputantem; atque dividit, idcirco se illum die hesternò frustra quidem adfisse; quòd ejusmodi meditatione occupatus, ipsam neque videre, neque sentire omninò potuisset, ac proinde ne redire dubitaret. Rediit, & quod petierat, consilium sine cunctatione accepit.

Ideoque nonnulli præfens mysterium adumbratum volumine in Torrente illo, ad quem ductus fuit Ezechiel cap. 47. quem postquam ad renes suos ingressus esset, substiterit; intumescant enim, inquit, aquæ profundi torrentis, qui non poterat transvadari.

DE PROCESSIONE IN DIVINIS.

Ceterum ad hujus mysterii subtilitatem aliquotiesque eruendam notanda est in divinis duplex processio, sive realis emanatio, qua unum ab alio realiter producit. Quarum una etiam nomine generationis appellatur, prout illa solis viventibus competit, estque productio viventis à vivente secundum rationem similitudinis in eadem natura: Igitur in divinis est processio, sive generatio Filii à Patre; quando videlicet Pater H ab æterno seipsum cognoscens, veram sui imaginem in semet produxit, quam verbum mentis appellant Philosophi, quod non est aliud, quam similitudo rei intellectæ, producta per actionem intelligendi. Hujus ergo Verbi divini productio est Filii generatio, qui proinde Verbum dicitur, quod fuit in principio apud Deum, immò Deus ipse. Joann. 1.

Præter hanc generationem alia est Processio in divinis, qua Pater, & Filius infinito se amore ab æterno diligentes, spirant Spiritum sanctum velut suum amorem. Ex quo enim rem quampiam amamus, oritur in nobis quidam impulsus, sive impressio rei amate, juxta quem amatum esse dicitur in amante, unde illud axioma Philol. Mutua inhaesio est effectus amoris, & Joannes 1. epist. c. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Ex hinc est, quòd Theologi doceant, duas esse in divinis processiones, unam, quæ per intellectum fit, qua Pater intelligendo produci Verbum, sive Filium: alteram, quæ per voluntatem,



tatem, qua producitur Spiritus sanctus, qui proinde a Patre, & Filio procedere dicitur, cum procedat per modum amoris, amor enim presupponit cognitionem, & a duobus principiis, intellectu, & voluntate pendet: Verbum autem a solo intellectu producitur: ut cujus est procedere similitudinem rei intellecta. Intellectus enim intellectus per quam similitudinem ad rem cognitam, nam intellectus est rei assimilatio, quo fit, ut qui per intellectum producit, ex vi suae originis procedat, ut similis suo principio, adeoque generari proprie dicatur. Quae aliter se habent in processione, quae per voluntatem fit, quae proinde generatio appellatur, non enim amare est producere similitudinem rei amatae: neque ob id dicitur amare voluntas proprie, ex eo quod aliqua oriatur in illa similitudo ejus, quod amat: sed quia oriatur in ea impulsus aliquis, sive inclinatio ad rem amatam, non ergo procedit Spiritus S. ex vi processionis secundum rationem similitudinis, seu imaginis: unde nec generari dicitur. Verbum autem secundum speciem processionis suae procedit ut simile dicenti, quatenus est informatum specie intelligibili.

**B** Ideoque Filius dicitur imago Patris, nonia Spiritus sanctus; uterque tamen cum Patre unus, & idem est Deus, propter naturam divinam infinitam, quae tribus his, quamvis origine, substantia, & existendi modo diversis, aequaliter, & absque sui multiplicatione, vel divisione communicatur, sic ut tres filii multiplicatione non sint alius, quam unus, & idem simplicissimus Deus, ex quo, per quem, & in quo sunt omnia. *Ad Rom. cap. 11. ubi ubi docet S. August. lib. 1. de Trinitate, c. 6. propositio (Ex) Patri tanquam primo principio, a quo omnia promanant. (Per) Filio, quia indicat originem a Patre, & sapientiam, per quam omnia sunt condita, & reparata (In) Spiritu S. appropriatur, ut cui attribuitur unio, bonitas, & perfectio, est enim amor notionalis Patris, & Filii, & velut ipse Trinitatis finis. Idem August. in 1. de Doctr. Christ. cap. 5. Nec facile est, invenio nomen, quod tanta excellentiae conveniat, nisi quod melius ita dicatur, Trinitas haec unus Deus, ex quo, per quem, in quo omnia. Eadem una substantia, unustamen non est aliter: eadem tribus potestas, eadem aeternitas, eadem incommutabilitas, eadem majestas. In Patre unitas, in Filio aequalitas, in Spiritu sancto unitas, aequalitatisque concordia. Et tria haec unum omnia propter Patrem, aequalia omnia propter Filium, (quia scilicet Filius primum est, aequale Patri) connexa omnia propter Spiritum sanctum. Quia videlicet Spiritus sanctus procedit ut nexus, & amor, ac concordia Patris, & Filii.*

Similitudine quadam speciei, duas has processiones exponit P. Bez. in concept. Theolog. Dominus de Trinitate. In Speculo, inquit, similitudo, sive imago speculum intuentis, aut alterius objecti apparet, cuius ad speculum homo delectatur, & in illam rem affectu impellitur. Sic Deus hanc essentiam contemplantur, in ea sui imaginem, quae est Filius, produxit, in ea sibi complacuit, unde mutuo amore impulsus, Spiritum sanctum, qui utriusque est amor, spirant.

**PROPRIETATES, RELATIONES, AC NOTIONES**

Et haec quidem de Processionibus huic proposito sufficient. At praeter has, etiam considerandae in divinis Proprietates, Relationes, & Notiones: Relationes quidem, etque reales, per quas constituuntur, & dividuntur tres Personae, sunt quae idem, quod essentia divina secundum rem, quatuor numerantur. Paternitas, Filiatio, Spiratio, & Processio, quae in Deo sunt secundum actionem illius immanentem, scilicet actionem intellectus, & voluntatis. Et licet paternitas, & spiratio non distinguantur in genere relationum, tamen earum termini, qui sunt Filius, & Spiritus S. realiter distinguuntur, quod sufficit ad distinctionem realem relationum.

Notio juxta Aug. 1. de Trinitate, c. 6. accipitur pro eo, quo inflat forma una persona cognoscitur distinguendo ab alia. Sic alia est notio, qua genitor cognoscitur, alia, qua ingenuus. Requiritur autem Scholastica ad notionem duo, nempe ut pertinet ad originem, & ut vocabulo abstracto, nempe ut valentia exprimitur, ut cum dicimus verbi gratia inaccessibilitatem, esse notionem patris, ut esse ingenuum; unde tot sunt notiones, quot sunt abstracta, quibus una persona distinguitur ab alia. Sunt autem talia quinque: Paternitas, Spiratio communis, Filiatio, Processio, & inaccessibilitas, e quibus quatuor priores sunt relationes, & proprietates etiam quatuor; nam spiratio communis non est proprietates. Ex quatuor autem proprietatibus tres sunt tantum notiones personales,

quae scilicet tres constituunt personas, Paternitas, Filiatio, & Processio, inaccessibilitas enim non constituit Personam, cum enim non sit relatio. Adde, Theologos non qualvis notiones personarum divinarum notionibus recensere solere, sed illas duntaxat, quae pertinent aliquo modo ad dignitatem personae, quam distinguunt. Plura qui vult, legat S. Thomam, & qui cum interpretari sunt, nobis hic suffecerit exclamatione cum Apostolo. O altitudo divitiarum sapientiae, & scientiae Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viae ejus?

**DE PERSONIS DIVINIS IN PARTICULARI AC PRIMUM DE PERSONA PATRIS.**

Prima in divinitate Personae nomen Patri attribuitur, tanquam quo significetur proprietates, & habitudo quadam ad secundam, ut ex quo omnis paternitas in caelis, & in terra nominatur, id est, aeterna, & temporalis, ut loquitur Damascenus. *1. de fide c. 15. existit, & derivatur, ut iure ab eo nomen accipiant. Ad Ephes. 3. vers. 15. Per hoc enim nomen prima Persona constituitur, & ab aliis distinguitur.*

Atque hoc nomen ei proprie competit, quia solus citra mulieris conjunctionem generat, quia solus, id est, unigenitus pater est, quia nunquam fuit filius, sed semper pater. Denique quia in creaturis est similitudo, ac signum paternitatis ipsius, saltem analogice. Unde Damascenus supra. Nomen inquit, paternitatis à divinis ad patres humanos est translatum, dependet enim paternitas in creatis à divina, tanquam ab efficiente, & exemplari.

Hinc etiam prima personae competit esse principium, & a quo etiam ipsius divinitatis, ut supponitur pro Filio, & Spiritu S. quia nulla persona divina est, quae habeat principium, nisi à patre. Item esse ingenuum, prout importat non esse productum ullo modo; adeoque carens principio.

**DE PERSONA FILII.**

Secunda Persona in divinis vocatur Verbum, quia per intellectum ad modum verbi intellectualis producitur, & quia verbum est similitudo quadam, & imago rei intellectae expressa, & producta per actum intelligendi, ideoque etiam dicitur imago Dei invisibilis, ad Coloss. 1. Splendor gloriae, & figura substantiae ejus, ad Heb. 1. Atque ipsummet verbum incarnatum dicitur Joan. 14. Philippe, qui videt me, videt & patrem. Unde iterum, Hunc Patrem signavit, *Joan. 1. id est, sigillavit, & velut expressit, ut Patrem, quosque vultum Filii representent, tanquam figura personae, non tamen essentiae paternae, cuius habet identitatem; unde cum dicitur, Figura substantiae, intelligit *verbum, id est, substantia patris: substantia autem non est aliud, quam persona, alia *verbum.***

Solus autem Filius mediator factus Dei, & hominum carnem assumpsit, cumque in forma Dei esset, id est, unus cum Patre Deus, eique per omnia aequalis semetipsum examinavit, id est, evacuavit, & velut in nihilum redegit, accipiens formam servi, id est, humanam, tam internam, quam naturam dicimus, quam externam illius specie, figuram, & schemata, per quae se hominibus videndum exhibuit, & in nobis habitavit. *Vide plura in loco de Christo.*

**DE PERSONA SPIRITUS SANCTI.**

Tertia persona, quae per voluntatem ad modum impulsus procedit, nomen Spiritus accepit, quod inflat status producatur. Ideoque Christus daturus Spiritum sanctum infulavit in discipulos; & in die Pentecostes adveniente Spiritu sancto factus scribitur à Luca repente de caelo sonus, tanquam adveniens Spiritus vehementis. Dicit ergo Spiritus sanctus relationem ad Patrem, & Filium, tanquam spiratorem, & quia nos in Deum impellit, ideo Sanctus peculiariter dicitur, nisi cum aliis dicamus, sanctitatem ad voluntatem pertinere, & tertiam personam ideo sanctam dici, quia per voluntatem à Patre, & Filio procedat.

Quinimmo est constans sententia Scholasticorum, Spiritum sanctum à Filio distinguendum, si ab eo non procederet, quia in divinis non distinguuntur realiter, quae inter se non habent relationem originis: quam Spiritus S. non haberet ad Filium, si ab eo non procederet. Quippe ut bene Richardus essentia identitas in Deo, omnem differentiam excludit, praeter eam, quae secundum originem accipitur.

Etiam

Etiam Amor nomen est Spiritus Sancti, uti & Donum. **A** Amor quidem acceptus non essentialiter, ita namque tribus personis competit: Deus charitas est, ait in sua Canonica Joannes: sed notionaliter per amore productio. Ita Augustinus *lib. 15. de Trinitate, cap. 17.* Donum vero, quia & originem ab alio habet, & a creatura possidet quae. Filius autem quamvis etiam donum patris vocetur, Filius datus est nobis, inquit, Ista, & alibi saepe istam ex vi suae originis hoc non habet quem admodum Spiritus sanctus, qui procedit ut amor, quique est radix ceterorum donorum.

*Pro huius Tituli illustratione vide multa in loco proprio de Spiritu, ubi particulatim de Spiritu sancto.*

**DE MISSIONE PERSONARUM. QUIBUS EA COMPETAT?**

Nomen missionis à creaturis translatus est ad personas divinas, unde quoad has omnis imperfectio tollenda, quae in creaturis reperitur. Non ergo hic mista persona mittente est inferior, aut subiecta, aut ab ea separata: Sed ideo dicitur mitti aliqua persona ad creaturas, quia illa persona divina ab alia procedat, cum virtute operandi aliquem effectum temporalem in creaturis: quem cum operari incipit, novo quodam modo incipit esse cum creatura. Itaque missio includit processionem unius personae ab alia, & temporalem aliquem effectum in creatura, ratione cuius ipsa missio temporalis habetur.

Itaque tam Filius, quam Spiritus sanctus mitti dicitur. Ita Christus, Ego, & qui misit me pater. *Joan. 8. & c. 16.* de Spiritu sancto dicit; mittam eum ad vos. Quod obtinet tam in visibili, quam in invisibili missione, nisi quod visibilis missio filii fuerit per unionem hypostaticam, non ita Spiritus sancti.

Quatuor autem signis potissimum visibiliter Spiritum S. apparuisse constat. Nube, Flatu, Linguis igneis, & Columba, quae quidem fuerunt res verae, non imaginariae. Fuit enim verus ventus, uti & nubes: Linguae formam linguarum exprimebant, & effigiem ignis. *Mat. 28.* tanquam ignis dicitur, materiam vero habebant nubium. Columba etiam quamvis non fuerit verum animal, fuit tamen aliquid columbae figuram representans. Horum omnium symbola, *Quare in loco de Spiritu S. Fit autem missio à tota Trinitate, in quantum dicit ordinem ad effectum. In quantum vero dicit originem, fit à persona producente.*

**\* MYSTERII TRINITATIS COGNITIO QUOMODO HABENDA?**

Certum est, solis naturae viribus intellectum creatum non posse devenire in notitiam SS. Trinitatis. Immo ne suspicari, Deum esse trinum in personis. Creatura enim, quae nobis Deum manifestant, sunt à Deo, ut est unus, non vero ut est trinus in personis. Quia operationes ad extra communes sunt toti Trinitati. Si quid Philosophi, de mysterio Trinitatis cognoverunt, ex scriptis nostris hauserunt, dicit Clemens *Al. x. lib. 5. Stromat.* Nisi dicamus, quod tantum quadam Trinitatis attributa cognoverit: ita S. Thomas. Veritas autem supradicta confirmatur auctoritate ipsius Christi, *Matth. 11.* Nemo novit filium nisi pater, & pater nemo novit nisi filius, & cui voluerit filius revelare, quod ceret de supernaturali revelatione accipitur.

Itaque tota cognitio, quam de Trinitatis mysterio habemus, non aliunde quam ex revelatione divina nobis venit, per testimonium ipsius revelantis, quod facit, ut homo assentiatur veritati ita revelatae, & deveniat in cognitionem aliquam tanti mysterii, unigenitus enim, qui est in sinu patris, ipse enarravit. *Joan. 1.* cum in veteri lege nullam, aut non nisi admodum obscurem illius notitiam haberet. Unde colligitur Suarez & Richardus de S. Victore, posse hominem fide imbutum, & per voluntatis affectionem applicatum, rationes invenire, quibus mysterii huius convenientiam ostendat.

**\* SS. TRINITATIS SYMBOLA, ET TYPI. EX LEGE VETERI.**

Quamvis Deus ab initio creationis mysterii huius immanestatem non proposuerit fide apprehendendam, nihilominus illius veritatem semper sub figurarum umbris inculcavit. Inter varia autem, & illustra testimonia, unum est non parvi ponderis, quod Moyses, verba Dei hominem creare volentis recitans, dicitare fuisse *Gen. 1.* Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, quae sane verba non ad Angelos, sed ad alias personas sibi consubstantiales, Deus locutus fuit. *L. B. Theat. viri. Human. Tom. VII.*

dicendo enim, [ faciamus ] pluralitatem; dicendo vero [ similitudinem nostram ] unitatem naturae insinuat, ut adverteunt SS. Patres, eoque testimonio utuntur Augustinus, & Patres qui hortatu Constantini Imp. interfuerunt Concilio Synnensi. Atque hinc Augustinus *lib. 6. de Trinitate, c. 6.* dicit. Imaginem SS. Trinitatis hic reperiri, eamque collocare videtur in anima nostra tribus potentis, memoria, intellectu, voluntate, quae cum distinctae sint, in una tamen anima inveniuntur. Deinde agnoscimus in nobis internas processionem intellectus, & voluntatis quae in Deo multo sunt perfectiores. Sanè sicut Pater generat Verbum, & ipsum cum patre Spiritum sanctum, sic intellectus producit verbum mentis, eisque auxilio voluntas elicit amorem rei sibi representatae.

Utuntur quoque veteres ad hoc mysterium elucidandum exemplo Adami, Evae, & Seth. In his enim tribus eandem naturam diversimodè subsistebat. In Adamo, quidem tanquam in fonte, & origine: In Eva vero, tanquam quae ab illo eandem accepisset: Denique in Seth, tanquam ab utroque procedente. In hoc tamen differunt, quod hi tres fuerunt plures homines numero, unamque speciem non numero naturam participantem, quam Deus habet unam numero, & in circumscriptam in tribus personis.

Patriarcha Abraham in convalle Mambre apparuit Dominus, paulò antè quam Sodoma everteretur, viditque tres viros descendentes in domum suam, quos fuisse Angelos, qui in assumpto corpore venerant, constat ex *ad Hebraeos, 19. cap. 19.* Gen. eisdem tanquam Dei legatos ab eo cognitis, colligitur, quod pro Sodomitis eos deprecaretur, verum alloquitur illos in singulari, dicens, Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, &c. Significabant autem hi tres symbolice SS. Trinitatem, ut tenet S. Ambr. Cyrillus, Euseb. medius autem, qui ceteris illustrat, & solus loquebatur, divinam essentiam tribus personis communem, unde canit Ecclesia, Tres vidit, & unum adoravit. *Gen. 18.*

Jam dictis adjungo aliud non obscure pro Trinitate testimonium. ex *Exod. 25.* ubi Deus ad Moysen. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob. Hoc nomen mihi est, nomen singulariter positum naturam unam, & trina illa repetitio nominis Dei tres ejus Deitatis personas declarat. Praeterea dicitur, & annorum plenus Abraham, praeseferat Parentem aeternum, quem sacra Scriptura antiquum diem appellat, & non quod Filio, aut Spiritu S. sit prior, sed quoniam eorum & principium, & origo, & ipse à nullo procedit. Isaac ad mortem usque obediens, filium, qui fuit obediens, usque ad mortem optime representat: & Jacob pulchrae Rachelis amator, Spiritum sanctum demonstrat, qui tam persona, quam natura amor est, & animarum sponsum amantissimus. *Gen. 28.*

Erat in Arca testamenti olim virga Aaron, tabula legis, & manna, & significabatur in una essentia personarum Trinitas: Pater quidem per virgam, ut cui tribuitur regalis potentia, cuius hieroglyphicum olim erat, Virga, sive sceptrum: Filius per tabulas legis, cui sapientia tribuitur: Spiritus S. in manna propter dulcedinem saporis, ut qui proprie est amor, & donum. Ita *Joan. Lopes Anno in festo SS. Trinitatis, Tom. 3. Epitome SS. PP.*

Vidit etiam Daniel magnificam, & majestate plenam visionem; videlicet antiquum diem sedentem, & faciem illius splendens, ac fluvium rapidum, igneumque procedentem à facie ejusdem. Antiquus ille dierum Pater est, non quod aliis senior, aut prior, sed quia aliarum personarum est principium: Facies illius filius est. Spiritus S. vero in igne apparuit in die Pentecostes, & ignis appellatur, fluvius est igneus à facie Dei egressus, nempe à patre, filioque procedens. *Daniel. 7.*

Apud eundem Danielem legimus, quod cum Balthazar Babyloniorum Monarcha vaso aurea è templo Domini ablata epulo suo, quod optimatibus, & principibus regni paraverat, H intulisset, viderit ad candelabrum manum hominis tres digitos habentem: & characteres incognitos, ac mysterios plenos mureo inscribentem. *Dan. 5.* Digitos hos intuenti occurrit SS. Trinitatis imago, in qua tres personae velut digiti in manu in eadem sunt divinitate. At velut hi digiti ad lumen candelae conspiciuntur, ita etiam ad candelabrum fidei mysterium hoc augustinissimum examinandum est. Et veluti nomen sapientum Babylonis enigmaticos characteres, quos digiti illi scribebant, legere, aut explicare poterat, donec Daniel spiritu Dei plenus eos legit, Regique est interpretatus: Pari modo mundana Philosophia in mysterio, & Trinitatis nomine obmureat: donec unigenitum, qui est in sinu Patris, nobis illud enarravit, Patris, & Filii, & Spiritus sancti cretram mentionem faciens, ac sub illorum nomine, & expressa invocatione omnes renasci praecipiens.

Veruntamen quia à digitis, & manu desumpta est meta-  
Zz phora.



phora, eam presenti mysterio sic convenire monstramus. Tres in manu sunt digiti, quibus ad scribendum usa fuit manus Balchazari visa, primus vocatur Pollex, secundus Index, tertius Medius, unde convenienter per eos tria in Deo supposita denotantur. Nam per Pollicem ita dictum, quia polleat fortitudine; jatis proprie Pater innuitur, cui potentia, & fortitudo attribuitur; per Indicem ab indicando vocatum, Filius significatur, ad quem sapientia pertinet, quae viam errantibus indicat: per digitum Medium declaratur Spiritus S. qui personaliter est medius Patris, & Filii amor, & tanquam vinculum utriusque, ac nexum, per quem Pater, & Filius mutua charitate junguntur. Unitas autem naturae, quae tribus constat personis, eadem manus, & digitorum similitudine patere potest. Nam sicut tres digiti adhaerent manui, & ab ea tanquam a radice rami virtutem hauriunt, ita divinae personae una eademque naturae unitate copulantur, & quidquid virtutis in singulis est, à communi natura divinitatis accipiunt.

Animalia illa sancta quorum Ezechiel. & Apocalypsis meminit, quamvis essent plena oculis antè & retrò, quibus contemplabatur illum, qui in Throno sedebat, clamabant Sanctus, Sanctus, Sanctus, & ad illorum voces, 24. feniores B. procidebant, coronas suas in terram, proicientes, ubi trinitatem personarum confitebantur; i cumque adderent, Domine Deus exercituum, essentiae unitatem denotabant *Isaia 6. Apocal. 4.*

Unde etiam David hoc, mysterium in Spiritu cognoscens, Verbo, inquit, *Pf. 32.* Domini caeli firmati sunt, & Spiritu oris omnis virtus eorum, ubi per Dominum, Patrem: per Verbum, Filium: per Spiritum oris, Spiritum S. significat, ut exponit Magnus Gregor. *hom. 3. in die Pentecostes.* Et rursus *Pf. 166.* Benedicat, ait, nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, tertio nomen Deus repetit, ut personarum insinuet trinitatem: at secundo loco addidit noster, quia secunda persona naturam nostram assumpsit, nosque redemit, ut autem naturae singularitatem indicaret, addit: Et metuunt [cum] omnes fines terrae.

Denique nomen Dei proprium, Jehovah apud Hebraeos involvebat hocce mysterium, ut plerique Rabbini tradunt. Prima enim litera Jod, quae est index, & principium numeri denarii, significat primam personam, scilicet Patrem. Secunda He, significat secundum scilicet Filium: He enim significat essentiam, & substantiam, (à radice Haja, quae esse significat) quam filius habet communem cum Patre. Est enim Patri consubstantialis; rursus per Filium omnes res create sunt, suamque essentiam acceperunt. Tertia Vau significat tertiam, scilicet Spiritum sanctum. Deit enim Vau apud Hebraeos copula significans, & atque, sicuti Spiritus sanctus est copula, unio, & amor notionalis Patris, & Filii. Unde Graecus Scholasticus pro eo, quod habemus. Et nomen meum Adonai non indicavit eis, venit: Non indicavi eis nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Hinc etiam Hebraei nomen tetragrammaton scribunt per duplex Jod, cuiuslibet Cametz intra circulum, hoc modo  $\gamma$  cum enim Jod significet principium, & tota Trinitas sit unum principium, rerum extra se, in una essentia, & natura; hinc Trinitas personarum representatur triplici Jod, unitas verò essentiae representatur uno eodemque Jod, tum unico vocali Cametz. Rursus secunda litera He, geminata in hoc nomine significat duas naturas in filio; divinitatem & humanam, unde & haec litera He, quae Filii est index, in nomine tetragrammato, addita fuit Abraham, & Sara, cum ille pro Abram dictus esset Abraham; & haec pro Sarai dicta esset, Sarah quia ex Abraham, & Sara progenatus, & incarnatus est Christus.

Etiam Fabrica templi Ezechielii à Deo representari *cap. 40.* Trinitatis similitudinem expressivè plerisque videtur. Siquidem templum illud in tres partes dividebatur, quarum prior locus erat vulgi: Secunda atrium exterius, sive Sanctuarium: Tertia atrium interius, Sacerdoti summo, & sacerdotibus deputatum. Erantque ita disposita haec loca, ut primo secundus, tertio priores clauderentur. Erant rursus cuilibet atrio tres portae, quarum una Orientem, secunda Meridiem, tertia Aquilonem respiciebat. Denique erant tres muri, & tres porticus, quarum una erat mensura. Qua mystici templi representatione, Dei, cui illud consecratur, natura adumbratur, & personarum trinitas, ac generaliter significabatur, ut qui cum trinus sit in personis, tamen unum verè Athanasius; Quasi Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus; estque omnium eadem divinitatis immanitas, & natura; neque in unius cognitionem devenire possumus, nisi

omnium personarum originem perquiramus. Igitur templum istud toties ternario numero exornatum, Deo qui trinus est, & in personis consecrandum fuit. Sic olim Echnici Diis suis templa aedificabant, quae opere, & materia, opinionique, quae de illis concipiebant, congrueret. Ita Marti, & Jovi opere Dorico, quod robustum erat: Dianae, Apollini, aliisque benivolentibus, Jonico, quod venustus habebatur. Veneti, Capitolini, Gratiis, Corinthio, quod mollis, & prioribus magis decorum erat, templa erigebant. *Cartagena lib. 1. de arcibus SS. Trinit. hom. 7.*

Denique Candelabrum, quod in templo reponi Deus jussit *Exod. 27.* non inane in Trinitatis significationem deserebat, sic enim ternarius indicat adornatum describitur, ut dubium non sit, quin peculiaris ad hoc mysterium significandum respectus fuerit habitus. Erat namque, ut verba scripturae sunt; ex auro mundissimo, tres calami ex parte una, & tres ex altera: Et tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, Sphaeraeque simul, & lilia.

Legabant quoque SS. PP. Trinitatis arcanum *Num. cap. 6.* ubi in haec verba jubet Deus, Sacerdoti filius Israel benedictionem imperituri: Loquere Aaron, & filiis Israel, dices eis: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & miseretur tui. Convertat Dominus, vultum suum ad te, & det tibi pacem. Mysterium Trinitatis in hac benedictione latere docet *Genebrardus 66.* his verbis: In benedictione Sacerdotali cuncta tria animadvertuntur. Trinitas verusum, tria repetitio, nomen tetragrammati interposita copula, Vau terna vocabula primi versus: sublevario manuum in palmam: elevatio trium primorum digitorum in pronuntiatione tetragrammati. Haec ille.

Elevabat autem Sacerdos tres primos manuum digitos, cum populo benedicebat, ut docet *Galat. lib. 2. cap. 10.* Benedictionem inquit, cum nomine Dei quatuor litterarum cum tribus digitis ambarum palmarum erectis, & duobus depressis fiebat, ad designandam personarum divinarum Trinitatem per ipsum nomen significatam. Et ut multa simul congerantur de hujus mysterii cognitione veteribus praestita, quamvis obscure, & velut enigmatica; dicitur Noe infans esse aliquod vestigium Trinitatis, quando in Arca salvatus est cum tribus filiis, id est, cum fide factos sanctae Trinitatis.

Isaac credidit mysterium Trinitatis, quando fodit tres puteos. Jacob credidit hoc, quando vidit scalam trium graduum. Joseph, quando vidit tres palmites in una vite. Moyses, quando tres solemnitates praecipuus instituit, & ad quas convenire debebant omnes Judaei. Deus Hebraeorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudine, id est, ut per fidem Trinitatis ei in hac vita, in qua peregrini sumus, fideliter serviamus, quia sic ad salutem pervenimus.

EX LEGE EVANGELICA.

Clariora sunt, profundissimi hujus mysterii symbola, & testimonia in lege Evangelica, ut in qua etiam explicita illius fides, ut dicemus infra, ad salutem necessaria est. Postquam enim secunda divinitatis persona, verbum illud Patris ad nos descendit, & carnem humanam induit, fieri non potuit, quin frequenter, Patris sui mentionem faceret, & Spiritus quem daturus esset cognitionem aliam ingeneraret. Nihil autem circa hanc rem venire potuit evidentius, quam dum eodem illo à Joanne baptizato coeli aperti fuerunt, & vox Patris innotuit, filium suum dilectum testificantis, ac Spiritus sancti in forma columbae super eum descendit. Quod signum erat, baptismum deinceps non aliter, quam sub invocatione expressae trium personarum, quae se ibi praesentes exhibuerunt, conferrendum. Unde etiam discipulis suis discendens ex hoc modo inunxit, ut euntes docerent omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Ubi cum dicit singulariter in nomine; indicat naturae unitatem: quando autem plures, nominat personarum trinitatem.

Idem Dei Filius; non semel claris verbis docuit, unum se esse cum Patre, adeoque qui unum videret, etiam alterum videret, quamvis attenta naturae, quam assumpsit, conditione, se subinde illo minore profiteretur. Sed nos est nostri instituti omnia Evangeliorum de hac re congerere testimonia, unum Joannis in ista omnium fuerit, dicens, Tres sum, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum sunt. *1. Joannis cap. 5.*

Quinimo dum Christum dicimus, Pater subauditur, qui eum unxit: & ipse, qui unctus est, & Spiritus S. quo unctus est. Sic enim legitur, Quem unxit Deus Spiritus sancto. *Act. 10.*

MIRACULA

\* MIRACULA, QUIBUS ASSERTA DIVINITAS TRIUM PERSONARUM, ET VERITAS.

Refert *Antonin. 3. p. tit. 10. c. 7. §. 5.* Quòd dum in Oriente ortus esset certo loco Arianae haeresis contra SS. Trinitatis mysterium, Sacerdos quidam divinum officium peregerit, & continuo tres guttae, ut in altari ceciderint, quae in unam coeuntes, pretiosissimam Margaritam oculis exhibuerunt. Unde ea reverenter accepta, & omnibus ostensa, Trinitatis confessionem mirifice confirmavit.

Addam aliud ex *Greg. Turonens. de glor. Confess. cap. 14. & Baron. 1. 7. annal. anno Christi 583.* quod in hac verba tradit.

Reverit vir fidelis, spectasse se Christianum cum haeretico pro fide nostra certantem. Alcantaribusque diu de divinis scripturis: cum flecti non posset haeretico, ut agnosceret veritatem, ait; Si nos religionis, si scripturarum testimonia te ad credendum minime moverent, vel virtutem individuae Trinitatis experire. Est digito meo annulus aureus, ego cum in ignem jacio: tu candentem collige. Projectumque inter prunas annulum ita igni permisit, ut eis similis crederetur: conversusque ad haeretico ait; Si vera est professio tua, sume eum ab igne. Illo autem resistente, ait vir, Immensa Trinitas Deus, si quid indignum te credo, ostende: certe si recta est fides mea, nihil mihi praevalere habet incendia saeva. Et ablatus ab igne annulus diutissime palma sustinuit, & nihil est nocitum, sed magis, confuso haeretico Catholicos reliquos fervore suae fidei roboravit.

Ad hujus demum mysterii veritatem in animis hominum roborandam, placuit Deo aliud olim facere miraculum, quo magis Ariarum haeresis flamma graffabatur. Nam in Niceno Concilio, cum Nicaeni perniciam Ariamque proterviam, Trinitatis mysterium negantem adverteret, sic est coram omnibus Arium allocutus: Quae tibi videtur in creatore difficile, quod in creatura reperitur? ecce laterem unum, invenies in eodem tridistinctum, ignem, aquam, & terram. Quibus prolatis verbis, protinus à latere ascendere sursum ignis, fluere deorsum aqua, & terra inter digitos comminui visa fuit, cunctis ob tantum rei miraculum obtufoecentibus.

PRO DIVINITATE FILII.

Annis circiter 56. ante exortam Arian haeresim, apparuit S. Gregorio Thaumaturgo Virgo Maria, & cum ea S. Joannes Evangelista, & Virgine imperante Joannes tradidit Gregorio eam fidei confessionem in, qua praedicatur Verbum Deus, verus, aeternus, invisibilis, increatus, & Trinitas consubstantialis. Refert hanc visionem *Greg. Nyssenus in orat. de laudibus ejusdem Thaumaturgi.*

Paulo ante eandem haeresim revelavit Deus S. Antonio, teste *Abanafo in ejus vita*, horribilia illa mala, quae Arius in Ecclesiam invehitur erat. Ex quo factum est, ut Antonius nullum Ariarum ad montem suum ascendere pateretur, sed ut pestem quandam ex toto illo monte fugaret.

Circa idem tempus S. Petro Martyri Episcopo Alexandrino, cum jam prima semina Arianae haer. appareret cepissent, apparuit in carcere Christus: veste scissa à summo usque deorsum, & cum S. Petrus rogaret, quid hoc sibi vellet? responsum accepit, Arius hoc fecit, quia populum meum à me separavit. Scribit *Beda 19. Ad in Martyrologiis. 25. Novemb.*

Cum Lucius Episcopus Arianus, Catholicos ubique persequeretur, Monachus his verbis miracula faciebat: In nomine D. Jesu, quem Lucius persequitur, surge, & ambula.

S. HILARIUS ab Ariani in exilium relegatus, insulam quandam solo imperio, & praesentia sua à serpentibus liberavit, postmodum etiam mortuum ad vitam revocavit, ut scribit *Fortunatus in ejus vita.*

S. MARTINUS, teste *Sulpitio*, adeo vehementer Ariani resistebat, ut publice virgis caesus, & à patria expulsum fuerit, cum interim innumerabilibus quotidie miraculis coruscaret.

S. BASILIUS, cum quaestio esset de quadam Ecclesia, utrum eam Catholicis, an Ariani possidere deberent, conditionem illi subinde illo minore profiteretur. Sed nos est nostri instituti omnia Evangeliorum de hac re congerere testimonia, unum Joannis in ista omnium fuerit, dicens, Tres sum, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum sunt. *1. Joannis cap. 5.*

MIRACULA

Cum Justina Imperatrix Ariana cum suis Abrosium, & Catholicos persequeretur, revelavit Deus eidem Ambrosio corpora incorrupta Gervasii, & Prothasii, & per ea caecum illuminavit; multaque alia edidit miracula. Fuisse autem haec ad Ariarum consulationem, docet *Augustinus lib. 9. confess. c. 7.* Et idem etiam patet ex eo, quòd Ariani, quantum poterant, ista miracula calumniabantur, ut testatur ipse *Ambrosius in serm. de SS. Gervasio & Prothasio.*

Videtur *Uicenses 1. de persecutione Vandalica*, cum S. Martines pro fide Catholica ab Ariani flagellarentur, usque ad osium denudationem saepe accididisse, ut sequenti die divino miraculo incolumes conficerentur. *Idem lib. 2. scribit*, aliquot Catholicis hominibus jussu regis Ariani linguas radicibus evulsas fuisse, & eos tamen semper loquutos optime quousque viverunt. Cujus miraculi meminit etiam *S. Greg. 1. 3. Dialog. c. 32.* ac dicit, se loquutum cum quodam Episcopo sene, quin unum ex illis viderat sine lingua loquentem.

*Item eadem lib. 3. Dial. cap. 29. & 31.* tria miracula narrat, quae suo tempore acciderunt. Primum accidit in urbe Spoletana. Cum enim Arianus Episcopus in Ecclesiam S. Pauli intraret, & suo errori eam Ecclesiam dedicare vellet, Catholicis mentes, Ecclesiam, lampadibus omnibus extinctis, diligentissime clausurunt, sed cum accederet Arianus, cum suorum grege impetum facturus, continuo omnes portas simul magno fragore edito per se paterunt. & effuso caelitus lumine lampades omnes accensa sunt, sed simul caecitate Episcopos percussus est, tantoque terrore omnes affecti, ut intrare auli non fuissent, sed Episcopus suum caecum effectum in domum suam confusi retulerint.

Secundum Romae accidit; nam cum Ecclesiam quandam, quae Ariarum fuerat, ipse B. Gregorius introductis Sanctorum reliquiis reconciliafset. Diabolus in specie horrendae fuis exivit. Item nubes lucidissima super altare descendit, & simul ingens suavitatis odoris in eum omnem locum effusus est, lampadesque omnes accensa divinitus.

Tertium in Hispania, ubi cum Hermingildus regis filius à Patre Ariano propter fidem necatus esset, vise fuit non du circa eum lampades accensa, & Angelorum cantus à multis est auditus.

PRO DIVINITATE SPIRITUS SANCTI.

Ex miraculis, quae ad confirmandam Filii divinitatem patratà à Deo scribuntur, & Spiritus S. divinitas firmatur. Unicum tamen pro illa hic addemus ex *Gregor. Turonens. lib. 2. bistor. Franc. cap. 3.* Erant tempore Cyrolae Episcopi, & Ariarum Patriarchae crudelissimi, in Africa cum S. Eugenio viri prudentissimi, atque sanctissimi Vindemialis, & Longinus Episcopi, pares grade, & virtute non impares. Nam S. Vindemialis illo tempore ferebatur mortuum fuisse: Longinus autem multis infirmis salutem tribuit: Eugenius quoque non solum visibilibus oculorum caecitatem, sed etiam mentium depellebat. Quod cernens ille nequam Ariarum Episcopus vocatum ad se quandam hominem ad illo, qui ipse vivebat, errore deceptum, ait: Non patior, quòd hi Episcopi multa in populo signa depromunt, illosque cuncti, me neglecto sequuntur, acquiesce nunc his, quae praecipio, & acceptis quinquaginta aureis sede in platea, per quam nobis est tranlitus, & manus super clausos oculos ponens, me praetereuntes, cum ceteris, exclama magna virtute dicens; Te, beatissime Cyrola, nostrae religionis Antistes, deprecor, ut respiciens manifestes gloriam, virtutemque tuam, ut oculos meos aperiens merear lucem habere, quam perdidisti: Qui jussu complens, residensque in platea, transiente haeretico cum Sanctis Dei, iste, qui Deum irridere cogitabat, exclamavit in magna virtute: Audi me, beatissime Cyrola: audi me, sancte Sacerdos Dei: respice caecitatem meam: experiat ego medicamenta, quae saepe caeci reliqui à te meruerunt, quae laprosi experti sunt, quae ipsi etiam mortui praesenserunt, adjuvo te per ipsam virtutem, quam habes, ut mihi desideratam restituas lucem, quia gravi sum caecitate percussus. Veritatem enim nesciens, verum dicebat: quia caecaverat eum cupiditas; & virtutem Dei, omnipotentis irridere per pecuniam aestimabat. Tunc haeretico Episcopus paululum se divertit, & quasi in virtute triumphaturus, elatus vanitate, atque superbia, posuit manum suam super oculos ejus dicens: Secundu fidem nostram, quae recte credimus, aperiantur oculi tui, & mox, ut hoc nefas erupit, rissus mutatur in planctum, & duobus Episcopis est patefactus in publico, nam tantus dolor oculos illius invaluit, ut eos digitis vix comprimeret, ne cec-



parent. Denique clamate cepit miser, ac dicere: Vt mihi miseris ro 1 quia seductus sum ab inimico legis divinae. Vt mihi, quia Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, ut hoc facinus perpetrarem. Ad Episcopum autem aiebat: Ecce aurum tuum, reddo lumen meum, quod dolo tuo perdidisti, vosque rogo gloriosissimi Christiani, ne despiciatis miserum, sed velociter succurrite pereunti, verè enim cognovi, quia Deus non irridetur. Tunc Sancti Dei misericordia moti, si inquit, credis, omnia possibilia sunt credenti, at ille clamabat voce magna; qui non crederet Christum filium Dei, & Spiritum sanctum aequalem habere substantiam, atque deitatem, cum Deo Patre, hodie, quæ ego perfero, patitur. Exadjecit; Credo Deum Patrem omnipotentem; Credo filium Dei Christum Jesum æqualem Patri: Credo Spiritum S. Patri, & Filio consubstantialem, atque coeternum. Hæc illi audientes, & se invicem honore mutuo prævenientes, oritur inter eos sancta contentio, quis oculis ejus signum beatæ Crucis imponeret. Vindemialis, ac Longinus Eugenium, ille è contra eos exorat, ut manus imponeret cæco. Quod cum fecissent, manus suas super caput ejus tenerent, S. Eugenius crucem super oculos cæci faciens dixit: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. veri Dei, quem trinum in una aequalitate, atque omnipotentia confitemur, aperiantur oculi tui. Et statim ablato dolore ad pristinum rediit sanitate. Hæc ille.

*Plura, & illustra miracula, quibus SS. Trinitatis fidem Deus asseruit, multaque, quæ ad illius mysterii intelligentiam consequendam, & promovendam divinis auxilio mediante acciderunt, require in loco de Deo. Titul. Deum esse trinum in personis.*

**\* ETHNICORUM SUPER EODEM MYSTERIO PLACITA, ET TESTIMONIA.**

Quamvis Ethnici solo naturæ lumine nullam hujus mysterii notitiam habuerit, ob rationem superiori Tit. in quo de illius cognitione agitur, traditam: Siquidem Ægyptii Sapientes coram Moysè, & Pharaone, postquam virgæ ipsorum fuissent devorate, in tertio signo defecerunt. Exod. 7. & 8. hoc est, profundissimum SS. Trinitatis mysterium ignorarunt: Nichilominus sive à Deo peculiariter illustrati, sive ex scriptis veterum, aut commercio, cum istis etiam ad eos devenisse C. existimatur aliquis hujus sacramenti cognitio. Cujus reverentiam convincunt, quæ subicimus testimonia.

**ORACULORUM.**

JUSTINUS Martyr, & Clemens Alexandrinus de Trinitate scribentes, referunt à Rege Tullyo consultum oraculum Serapidis, quidnam esset Deus? respondisse hos versus:  
*Principio Deus est, tunc sermo, & Spiritus idem: Sunt & ter tendentia in unum.*  
 Etiam de oraculo Delphico memorat Eugubinus sup. ult. de perenni Philosoph. quod consulenti de Deo, qui adorandus esset, tale dedit responsum:  
*Ne me utinam supremum infelix ipse Sacerdos Sosciteris de sancto, ac supremo genitore; Et sobole clara, rebus magni Induperatoris, Et statu mundam, qui adfuerunt continet omnem.*

**PHILOSOPHORUM, ET POETARUM.**

Narrat S. Antoninus sum. Theol. p. 4. tit. 10. fuisse à Mercurio D. Trismegisto literis mandatum hunc versiculum:  
*Monas gignit monadem, & in se resedit amorem.*  
 q. d. unus, & ingenitus genuit unum, nempe unigenitum: & ab utroque procedit Spiritus S. qui est amor, ubi satis clarè hoc mysterium ab Ethnicis insinuat.  
 Est etiam apud Philosophos familiare axioma, *Tria sunt omnia*, quomodo & apud Poetas.  
*Nymæo Deus impare gaudet.*  
 quasi ternarium ipsum præ aliis numeris præstare indicarent, quod in divinis reperitur. Unde Aristoteles rerum perfectionem in tertio numero, id est, principio, medio, & fine, à Pythagoricis collocari scripsit. Ex *Poëtilibus in Eclogis*, ipsum Dei filium quem adoramus, his verbis adesse memoravit:  
*Jam nova progenies cælo demittitur alto: Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.*  
 Quin etiam dum passim Poeta Palladem Sapientia Deam è Jovis cerebro natam comminiscuntur, quid aliud alle-

goricè significant, quam sapientiam increatam instar verbi mentalis à fecundo patris intellectu productam?

Platonis quoque sententia hoc loco prætereunda non est: Hunc me, inquit, vocare filium benedicito, quem ipsum bonum genuit tibi similem. Et in ep. quam misit Demost. sic ait: Est rex universum gubernans, post hunc regem est totius in fecundo, & post illum in tertio.

Plotinus, ut meminit S. Augustinus in lib. de civitate Dei, librum composuit, quem de tribus substantiis inscripsit. *Jamblicus in libro de mysteriis, & Proclus in libro de anima*, tres in Deo substantias (quæ melius personæ vocantur) esse dixerunt.

De magno illo Orpheo, referunt historici, dixisse tribus mundum gubernari: Luce, Consilio, & Vita; quæ epitheta, sive attributa mirabiliter tribus personis conveniunt. Pater enim est lux, de illo enim dixit D. Jacobus. Omne donum perfectum defursum est, descendens à Patre luminum: Consilium est Filius, cui attribuitur sapientia, & idèd ab Iliade vocatur, Magni Consilii Angelus: Vita denique Spiritus S. est, quod facit Concilium Nicænum in symbolo: Credo in Spiritum sanctum, Dominum & Vivificantem, &c.

Ab Indis novam Hispaniam incolentibus, antequam eis gens nostra lumen Evangelicæ veritatis inferret, senem venerabilem, & coram illo Adolefcentem, & inter ambrosigenam positum adorari, recentiores Scriptores narrarunt, quibus imaginibus Pater, & Filius, & Spiritus S. qui utriusque flagrans amor est, à Barbaris illis gentibus significabantur.

**\* SIMILITUDINES, ET EXEMPLA SS. PP. PER QUÆ PRÆSENS MYSTERIUM DECLARATUR.**

D. AUGUSTINUS loquens de Trinitate, utitur ad illius arcana detegenda, similitudine Solis: Quemadmodum, inquit, Sol qui unus est, triplicem habet lucem, unam in seipso, alteram à se procedentem: quæ aer proprium lucis subiectum illuminatur: tertiam quæ ab utraque exit illuminans objectum, quod cernitur: vel, ut brevius dicam, sicut à sole lux, à luce splendor, & ab utroque calor exoritur: sic à Patre Filius, ut scriptum est, qui cum splendor patris, & ab utroque calor, qui Spiritus sanctus est, producit.  
 Eandem similitudinem paulo alter Ignocentius auctor vetus ad illustrandum hoc mysterium proponit super illa Pauli verba: videmus nunc in anigmate per speculum, ubi ait: In aquam demisso crystalli speculo, dum lucet Sol, & quiescit unda, tres protinus sibi similes soles, primum in cælo, alterum in speculo, tertium in aqua fulgere: quorum primum, cum à speculo solo lucem accipiat, & secundus à primo illustratur; ac denique tertius à primo, & secundo communicatum habet splendorem: non quidem tres sunt, sed tantum unus sol existit.

Nec tamè a comparatione solis recedamus, Cyrilli referamus exemplum contemplantis in Sole, Patrem generantem, in radio Filium genitum, & in colore Spiritum sanctum ab utroque procedentem, ait enim ille: Imago Patris est sol, radius est Filius, calor Spiritus sanctus. Sol patrem multa cum proprietate significat: Nam ut sol ab alio sole non gignitur: Ita Pater, quem Theologi vocant ingenitum, ab alio non emanat: sicut radius Solis ab ipso nascitur sole atque ei coævus est: ita Filius à patre non minus quam ille nascitur æternus. Quam etiam quemadmodum Sol à cælo nunquam discedens suam diffusit lucem, quæ terram calefacit universam, illamque fecundat; sic Pater in cælo semper manens, nec unquam ad nos in corpore descendens, suum misit Filium, qui fuit mundi lux, & ab utroque Spiritus sanctus egreditur; qui increatus calor est, quod Deus ipse animas fovet, atque vivificat. Præterea ut solares radii preciosos uniones, aliasque gemmas, & aurum intra terræ viscera gignendo, & super terram plantas, & animalia producendo indicant virtutem Solis, à quo calor emittitur; sic Filius, & Spiritus sanctus mirabilibus in hominum genus collatis operibus, ad animarum salutem, æterni Patris potentiam, atque infinitam virtutem declarant, & prædicant.

Aliam similitudinem adfert Augustinus, quæ sumitur à scientia, quam quis dicit à seipso, alio non indicante: illam tamen alteri communicat, & mox utroque alii, quæ tamen communicata tribus, una, & eadem quidditas scientia est, & unum scientia objectum, à tribus tamen cognitum.

*Eusebius lib. 5. de symb. trium sacramentum utitur similitudine quæ si pungantur accense, non tres flammæ, sed unam referunt, non tamen una fax, sed tres flammæ existunt.*

*S. Andreas Cretensis orat. de Trinitate.* Trinitatis mysterium declarat adducta similitudine puellæ se ad speculum intuentis

ris, quæ vitam in speculo imaginem suam amat, ut Poeta de A Narcisso fabulantur, qui se in fonte prospiciens, sui ipsius amore deperit. Hinc igitur, aliquid de tam sublimi mysterio percipi poterit. Nam Pater æternus seipsum in purissimo suæ substantiæ speculo intuitus perfectissimam imprestitam imaginem, hoc est Filium, quem Paulus figuram substantiæ ejus nominat, cuius agnoscentis summam, & æqualem sibi pulchritudinem, summè quoque illam dilexit, quæ dilectio Spiritus S. est: ab utroque procedens.

*S. Anselmus in epistola de Incarnatione Verbi, & S. Cyrillus in Symbolo Apostolorum*, Trinitatis arcanum; ajunt esse simile aque perenni, quæ à fonte derivatur in fluvium, & mox in lacum prolapsa non progreditur longius, quæ tamen per continuationem fluxus una existens, locorum tamen diversitate, fontis, fluvii, & lacus distinguitur.

Concilium etiam Nicænum eadem utitur comparatione. Fons est pater, de quo scribitur, Apud te est fons vite; fluvius à fonte derivatus Filius est; ipse enim de te dicit: Ego quasi fluvius exivi de Paradiso. Lacus figura est Spiritus sancti, nam quemadmodum in lacu omnis aquæ vis, & copia hæret, ac permanet, ita divinæ naturæ communicationes in Spiritu S. terminantur, nec ad quartam personam progrediuntur.

Verum ab hoc simili nec recedamus, sicut quilibet flosculus, aut quidpiam aliud in fontem cadens rapitur in fluvium à fonte profluentem, & à fluvio in lacum perducitur, ita quicumque essentialis perfectio, quæ in Patre est, derivatur in filium, & à Patre, & Filio in Spiritum sanctum emanat, ut profectus est Athanasius: Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritus sanctus.

Addam & hæc Joannis Damasceni similitudinem: Sicut, inquit, simul ignis, & simul ab ipso lux, neque prius est ignis, & posterior lux, sed simul sunt: & quemadmodum lux ab igne semper gignitur, & nequaquam separatur ab eo: Sic & Filius à Patre gignitur, & nequaquam ab eo separatur; sed semper in eo. Sed lux, quæ ab igne inseparabiliter gignitur, in ipso semper manet, non habet propriam substantiam præter ignem. Nam nativa qualitas ignis est. Verum filius Dei unigenitus a patre inseparabiliter genitus, & indivisibilis, & in eo semper manens, propriam habet substantiam, præter eam, quæ patris est. Et quemadmodum non dicimus alterius substantiæ ignem, & alterius lucem: Hunc in modum fieri non potest, ut redè dicamus Patrem, & Filium alterius, & alterius substantiæ, sed unius, & ejusdem: quo pacto dicimus per eam lucem, quæ ab ipso est, ignem illucere, & non ponimus organum administratum ignis esse lucem, quæ ex ipso est, sed potius virtutem naturalem: Sic dicimus Patrem quæcumque facit per unigenitum Filium ejus, non ut per instrumentum servile, sed ut per virtutem naturalem, & substantiam. Et ut dicimus ignem illuminare, Et rursum dicimus lucem illuminare: Sic omnia quæcumque facit Pater, similiter & Filius facit. Sed lux quidem propriam substantiam præter ignem non possidet: filius autem perfecta substantia est à paterna discreta. Lib. 1. Ortod. s. d. cap. 4.

Idem qui supra Augustinus etiam scribit: Citharam respicere, ut musicum melos sonis dulcibus reddat, tria pariter adesse videntur; ars, manus, chorda: & tamen unus sonus auditur. Ars dicitur, manus tangit chordas: & resonat. Nec ars, nec manus sonum reddunt, sed cum chorda pariter operantur: sic nec Pater, nec Spiritus sanctus susceperunt carnem, & tamen cum Filio pariter operantur. Sonum sola chorda excutit, carnem filius Christus accepit. Operatio in tribus constat; Sed quomodo pertinet ad solam chordam soni redditio: Sic pertinet ad solum Christum carnis humanæ susceptio. De Dom. Incar. contra Judæos.

Intueamur arcum cælestem tam formosum, ut in Apocalypsi, Christo, tanquam regi pacifico, datur loco diadematis. Hic exemplum est nostræ Trinitatis, & Unitatis. Substantia arcus non est aliud quam lux, quæ à radio solari nubi, pluvie, torrique prægnante reflexione quadam imprimitur, trius distinctis apparet coloribus. Colores sunt in luce, & lux in coloribus, immò lux illa est coloris, & colores sunt in illa lux. Majestas lucis in tribus illis coloribus, symbololum est naturæ diviniæ in tribus personis: varietas colorum in una luce sanctam Trinitatem in una essentia representat. Cornelius Mussus con. de hoc mysterio, p. 4.

Oxalus gemma, teste Plinio lib. 27. cap. 2. unico momento tres distinctos in se colores dat conspiciendos; ab uno enim latere fit inæuratus, ignitus & carbonculus videtur; ab altero

purpureum, aut rubicundum videbis; oblique denique si videris, viridem smaragdum intueberis. Diversicolor hæc gemma, SS. Trinitatis genuina imago est; mysterium enim hoc si intueamur, & circumspectiamus, tres colores, id est, personas inveniemus. Ab una parte hoc conspicimus Moyses, vidit olim Patrem carbunculi instar, & prunæ ignitæ rubicundem, & flammis accinctum, Dominus Deus tuus ignis consumens est: Iliade deinde ab alia, illum vidit rubrum. Quare rubrum est vestimentum tuum? Joannes denique in Apocalypsi oblique illum intuitus, smaragdus instar viridem vidit; filium inquam. Et iris in circuitu sedis similis visioni smaragdina. Apoc. 5.

Sed agite, & videte in omni penè re creata aliquid Trinitatis, est enim ubique invenire modum, speciem, ordinem, numerum, mensuram, pondus, essentiam, virtutem, operationem, creationem, distinctionem, ornamentum. Ad particularia descendite, Videtis in sole naturam, lucem, calorem: in homine memoriam, intellectum, voluntatem: in tempore præsens, præteritum, & futurum: in motu principium, medium, & finem: in mundo elementa, cælos, Angelos: in elementis grave, leve, neutrum: in scientiis naturalem, rationalem, & moralem: In Angelis tres Hierarchias, in singulis hierarchiis tres choros. Denique, & in Sacrificiis Ethnicorum; an non inveniat orationes, jejunia, & elemosinas?

In Rosa insuper, quam Hierochuntianam appellant, SS. Trinitatis elucere imaginem, plerique Doctores affirmant. Siquidem ab exigua radice in tres caudices distinguitur, quorum singuli tres ramos proficiunt, & rursus ex illis tres alii surgunt, ut fere exinde innumerabilis ramulorum seges per ternarios proferatur, quorum tamen alii majores, alii minores: & quidem majores in ipsa contractione hos tegunt, & complectuntur.

*Dodonæus* quoque herbam Trifolium, SS. Trinitatis appellat, uti & violam tricoloram, ac similes fructus, & stirpes, quæ aut tribus foliis ab uno stipite exurgunt, aut triplici colore varietate exornantur.

Et quamvis supradicta omnia talia sint, quæ in aliqualem tanti mysterii cognitionem nos ducere videntur, nihilominus nisi fidei lumine instructi accedamus, nunquam offusas tenebras, & caliginem, quæ ipsius splendor obrebrat dispellemus. Unde videtur audire Lectorem meum mihi obsecrantem, & quod olim à quibusdam Episcopis Philosophero dictam fuisse narratur: Multa de Deo, & præclare quidem dixisti, tamen ille sit, hæctenus ignoramus, sed quid ego hic melius respondeream, quam quod ille prudentissimè respondit? Si omnino ego, inquit, Deum declararem, vel ego Deus essem, vel ille Deus non foret.

D. quoque Augustinus postquam, quæ acuta, & diligenti indagine percuratæ voluerat, omnia profulset, tandem inquit, Multa sunt quæ de Trinitatis ineffabilitate dicuntur, non ut ipsa dicatur, aliocum non esset ineffabilis, sed ut illis dictis dici non posse intelligatur, de Trinit. lib. ult.

Et alibi planè profuturam suam infantiam, & se à tanto mysterio superari asserit his verbis prudentia illius, ingenio, & modestia dignissimis: Requiris à me, quomodo uno nomine tres appellentur? nescio, & libenter me nescire profiteor: quod Christus voluit indicare, hoc solum scio, & quia in hoc Christianus sum: quia unum Deum in Trinitate confiteor.

*Consulatur Locus de Deo, Tit. de Attributis Divinis, ubi de Deo Trino multa ex bisloris Sanctorum.*

**\* FIDES HUJUS MYSTERII, H IN QUANTUM EA NECESSARIA.**

Tempore novi Testamenti Fides explicita Trinitatis necessaria est ad salutem necessitate mediæ, est contra Scotum, & alios nonnullos: at est communis prior sententia, quæ ex eo firmatur, quod ut bene S. Thomas 2. 2. q. 2. art. 8. fides explicita Incarnationis haberi nequeat, nisi simul credatur in totam Trinitatem, utpote Incarnatio credi non potest, nisi credamus Christum Dei filium conceptum non potest, nisi credamus Christum mundum renovasse. Quo fit, ut in Christo non renascamur, nisi per invocationem SS. Trinitatis, ut non solum verbum, sed titi maxime solemnitatem necessariam mysterium intercequet. Quare & Paulus eos, qui ignorabant Spiritum S. inculcatur. Ad. c. 19. In quo ergo baptizati estis?

Unde statim ac Apostoli per orbem dispersi impostum sibi munus prædicandi exequi cœperunt, simul hoc mysterium.



infulcarunt, abhibendo formam in Baptismo, quam à Christo fuerant edocti: & alii personarum divinarum mentionem frequenter faciendò, juxta capacitatem eorum, quibus Evangelium annuntiabant. Unde Petrus prima statim concione monet, unumquemque baptizari in nomine Jesu Christi, addita promissione, quod accepturi essent donum Spiritus S. Meminit vero Lucianus in *Philo*, olim Catechistas proponere solitos mysterium Trinitatis. Immo mos erat apud veteres, & primos Christianos, litteris formatis imprimendi hos caractères, sicut A. P. I. significantes *Pater, Filius, Spiritus Sanctus*, quamvis aliqui velint ultimo P. indicatum Petrum, tanquam Christiani ovilis pastorem, & caput, ut testatur Atricus Episcopus Concilii Nicani, & refert *Jov. 6. p. decret. c. 433. Et Burchard, lib. 2. decret. c. 227.* Et licet plerique ita sint rudes, ut nequeant concipere, nedum apprehendere tres personas in una natura, possunt tamen illud credere. Neque enim necessarium est, ut intelligat quis quod credit, unde S. Augustinus *Tract. 40. in Joan.* Quid est fides, nisi credere, quod non vides? *Idem, de 10. 189.* Accepto Baptismo hoc dicimus, fidelis factus sum: Credo, quod nescio, Ceterum in veteri lege, uti & in nova ante sufficientem Evangelij promulgationem; explicita fides Trinitatis necessaria ad salutem necessitate mediis immò etiam præcepti; non fuit. Nondum enim aperte erat revelatum Judæis hoc mysterium; videatur *S. Tho. 2. 2. q. 2. art. 6. Palen. q. 2. p. 5. assert. 2. Malderus de virtut. Theolog. art. 8. q. 2.*

**ERRORES HÆRETICORUM CIRCA MYSTERIUM.**

Primus fuit Sabellius, qui posuit unam essentiam, sed Trinitatem personarum negavit, dicens, Quod una persona quandoque dicitur Pater, quandoque Filius, quandoque Spiritus S. Secundus est error Arrii, qui posuit tres personas, sed negavit unitatem essentiae, dicens, Filium esse alterius substantiæ à Patre, & esse creaturam, & minorem Patre, & sibi non equallem, nec coæternam, sed quod incepit esse postquam non fuerat. Et contra hos duos errores dicit Dominus *Joan. 10. Ego, & Pater unum sumus*, quia ut dicit Augustinus, quod dicitur unum Jiliberat te ab Arrio, qui dicitur unum Jiliberat te ab Sabellio. Tertius est error Eunomii, qui posuit filium dissimilem Patri, contra quem dicitur *Col. 1.* Qui est imago Dei invisibilis. Quartus est error Macedonii, qui posuit Spiritum Sanctum esse creaturam; contra quem dicitur *2. Cor. 3.* Dominus autem Spiritus est. Quintus est error Græcorum, qui dicunt Spiritum sanctum procedere à Patre, sed non à Filio, contra quos dicitur *Joan. 14.* Paraclitum autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, quia scilicet cum mittit Pater tanquam Spiritum filii, & à filio procedentem. Et *Joan. 16.* dicitur: ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Elapso saculo Michael Servetus, qui ad infantiam Calvinus Genevæ combustus fuit anno 1555. tres antiquas hæreses circa hoc mysterium ab Erebis excitavit. Docuit cum Hermogene, Sabellio, Præaxe, nullam in Deo distinctionem personalem. Item cum Ebione, & Corintho, Christum ante Incarnationem solum fuisse in mente per Idæam; Tertio cum Nestorio, Christum esse Deum non per generationem æternam, sed per unionem gratiæ ad eoque temporalem. Valentinus Genensis, ac Discipulorum ejus error fuit, quod dicerent tres Spiritus æternos essentiali numero differentes, Patrem, & Filium, & Spiritum S. Secundo, tres hos non esse equalles, sed Patrem alius longè eminentiorem, ut qui sit ipse essentialior. Tertio Dei filium esse ab æterno, ex Patris substantia. Denique plura alia æque absona, & impia, quorum seriem videre est apud *Card. Bellarm. 1. de Christo c. 2. Tom. 1. Controv.*

**RECENTIORUM QUI TRINITARIUM APPELLANTUR.**

MICHAEL SERVETUS Hispanus, quem Genevensis igni adjudicavit, instante Calvino anno 1555. tres antiquas hæreses circa hoc mysterium ab Erebis revocavit. Docuit enim cum Hermogene, Sabellio, Præaxe nullam esse in Deo personalem distinctionem; cum Ebione, & Corintho, Christum ante Incarnationem solum in mente fuisse per Idæam; tertio cum Nestorio; Christum esse Deum non per generationem æternam, sed per unionem gratiæ ad eoque temporalem.

nam, sed per unionem gratiæ temporalem. Sed Martinus etiam Lutherus teste *Lindano Dialect. 2. D. 2. titantii sui*, vocem Homousion Græcam, & vocem Trinitatis Germanicam aspernabatur, negans illam distinctionem Personarum, quam proficitur. Arrium initiatum Campanus, & Illyricus, unde & Ariani mimici eos damnavit Academia VVittebergensis. Suenfeldius quoque aperte dicit, Christum Dei filium esse creaturam. CALVINUS vero quamvis Trinitatem asserat in suo Catechismo, tamen in Synodo Luzanæ celebrata anno 1527. ut scribit *Petrus Carolus Episcopus ad Card. Lotharingum*; negabat illum fidei versiculum, Deum de Deo vero, vocans ridiculâ battologiâ. Etiam vox Trinitas eum offendebat, quod Cicero in *infectum* diceret. Symbolo Athanasij tunc se crediturum dicebat coram Bernensi Consistorio, donec ad Scripturarum genonem illud explorasset. Christum esse substantia Patris genitum nunquam confessus fuit. Immo Calevis Calvinij collegæ in Bernensi conventu asseruit Christum nec aliud, nec alium esse à Patre. Legatur *Lindanus supra, Et Holius de heresibus.*

**Tristitia.**

Vide Dolor, Luctus, et de mris.

**Triumphus.**

**DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.**

Triumphus vox est, Græca juxta quosdam; & significat omnium honorum, qui à populo Romano dari poterant, maximum; utpote qui redeuntibus in urbem, cum victoria, aut parato insigni, ac memorabili facinore decernebatur. Hunc honorem, & ad illum apparatus varios Cicero in *infectum* dicit. Quid tandem habet iste curus? qui ante curum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid Legati in equis? quid Legati? quid clamor militum? &c. Tranquillus triumphum dicitur exiitmat quasi *ex. 4. p. 10.* quod, qui triumpharet, triplici honoraretur judicio. Primo enim exercitus de triumpho ducendo decernebat, deinde Senatus, ad extremum populus. Vatro, à Bæcho hujus pæpæ inventore nomen tractum censet, de quo vide infra. *Tit. de inventore.*

A Triumpho venit Triumphator, qui triumphum post devictos hostes reportavit: & Triumphale: quod *quæst. 1. de vitiis* Græci vocant; uti *quæst. 1. de triumpho*; dicitur autem omne id, quod ad triumphum peragendum requiritur, aut adhibetur. Hinc coronæ triumphales, quibus Imperatores in triumphis coronabantur. Hæ primæ ex lauro siæpi solebant. Postea ex purissimo auro confectæ sunt, quod nunc Coronarium appellabatur. Triumphalis porta Romæ dicta est, quia per eam triumphij agerentur: hoc est triumphantes victores in urbem ducebantur. Quæ & alio nomine Capena porta appellatur, & Appia, quia ad viam appiam est sita. Triumphale territorium, Romæ, quod nunc Vaticanum dicitur: Unde Damafus Papa scribit S. Petrum sepulchrum fuisse in vaticano juxta triumphale territorium. Triumphalis currus, quo vhebantur triumphantes. *Plin. lib. 7. cap. 25.*

Triumphalis Provincia, propter quam devictam Imperator triumphum reportavit. *Cicero in 7. p. 1.* Ex ea provincia, quæ fuerit ex omnibus una maximè triumphalis, &c. Triumphales vestes, quæ triumphanti erant: quemadmodum & aurum triumphale, & habitus triumphalis. *Plin. 8. c. 46.* Triumphales cœnae. *Plin. lib. 9. cap. 55.* Cœna triumphalis Cæsaris dicitur sex millia numero munerum mutuo appendit. Triumphalis statua. *Plin. ep. 3. lib. 2.* Heri à Senatu Vestricio Spurinae, principe auctore triumphalis statua est, in habitu triumphantis.

**\* TRIUMPHUM QUIS INVENERIT?**

POMPONIUS LÆTUS scribit, Triumphum primum à Bæcho, qui ob id Bacchus Triumphus dicitur, teste *Varrone*, post indicam victoriam inventum, & usurpatum: sic dictum, quod milites ejus foliis ficorum, quæ hinc dicuntur; vultum cooperuerint jambos, & fœminatæ canentes, quæ erant licentiosè dicta, mixta salibus in eum, qui triumphabat, unde omnes clamabant Io triambe; Bacche Io. Primus

Primus autem apud Romanos, qui triumphum adhibuit, fuisse perhibetur Tarquinius Priscus.

**\* TRIUMPHI RITUS, POMPA APPARATUS IN GENERE.**

IS, cui Senatus consulto, vel à populo comitiis centuriatis honoris Triumphus erat decretus, qui idcirco triumphalis est dictus, corpus habens minio illitum (quo etiam Jovis ipsius simulachri facies diebus festis illini solebat) coronam in capite auream, aliquando lauream, in collo bullam auream, inclusis intra eam remediis, quæ crederent adversus invidiam valentissima, indutus tunica palmata (aurea tunica Tarquiniû Priscum triumphasse tradit. *Plin. lib. 33. c. 3.* gemmata Diocletianum, teste *Pomponio Læto*) supra quam toga picta iniiciebatur, dextra scipionem eburneum, & sinistra auream pateram, nec non digitis annulos aureos gestans, sedens in sella curuli eburnea, curru inaurato (Diocletianum aureo, gemmatoque usus est) quatuor equis albis eum ducentibus, in quibus triumphantium filij præterati sedere solebant, per portam Capenam in urbem invehabatur, perque viam Appiam 8. Millia passuum amplam, in Capitolium recto, & amplo itinere vebatur, in quo lignei primum, continuè arcus, post marmorei columnis sustulati erant, unde multitudo satis commode triumphum spectare possit. Tempa Deorum immortalium tota urbe patebant, ornata fertis, atque floribus, spirantia Arabicis odores, itinere ubique repleta pinguis mensis, & lætis poculis, ut festi victores se recrearent. Præferebantur sercula fabricata, cum fignis, & monumentis victoriæ, quæ possent manibus militum ferri, antè præcipientibus, & saltantibus lætitiis militibus, quibus libertas erat fœmmata effundere in ipsos triumphantes, omnesque clamabant, Jo triumphe, Jo triumphe. Præferebantur etiam in vehiculis omnium generis spolia, argentum, aurum, & purum, & signatum: arma, vasa, suppellex, vestes, thesauri. Aderant etiam tibicines bellum clangore intonantes. Boves quoque auratis cornibus, quorum medios vitæ cingebant, & frontibus vitæ ad sacrificium fuccinâti popæ, hoc est, ministri agebant. Hostes devicti curru sequébantur, quorum colla catenis erant onerata. Sic igitur prævenit Senatu in Capitolium ascendebant ad templum Jovis Opt. Max. Ubi mactato tauro albo, qui triumphus dicitur est, laureaque corona in Jovis gremio posita, eadem comitatus pompa domum revertebatur. Corona triumphalis, quæ Imperatori hoc honorem triumphij miti solebat, aurum quoque coronarium dicta est, pro quo foliti erant in Italia populi, & provinciales quasi tributivi vice pecuniæ summam Imperatoribus persolvere. Atque hinc laudatus Adrianus, quod aurum coronarium Italie remisisset. Hæc ex Pomponio Læto, & aliis scriptoribus uno quasi fasciculo collegi. Ne quis autem pro iisdem vultu prævenit ovationem, & Triumphum; illius etiam ritum ex Pomponio Læto describam. Cum hostes sine pugna, & sanguine, cum Ducibus nostris convenissent, quoniam res peracta sine cæde esset, Ovatione erat. Pede ingrediebatur urbem, qui sic vicisset, sine ferulorum pompa, myrto coronatus cum a militibus, quia ea arbor, dicta Veneri, quiescere ab armis ostendit. Tibicines ovationem præcedebant; quæ pacifere choreæ instrumenta sunt. In factis mactabantur oves, unde ovationis nomen. Prima ovatio data est P. Posthumio Tuberio de Sabinis triumphante. *Plin. 1. 18. c. 19.* In Triumpho clangor tubarum, in ovatione concertus tibiarum: ille Martis, hic Veneris est.

**De his magis particularia subiiciuntur infra.**

**TRIUMPHUS POST BELLUM, IN PARTICULARI.**

De Triumphandi iure, & consuetudine, *Blondus lib. 12. Romæ triumphantis, & Alex. lib. 1. cap. 22. & lib. 6. cap. Genial. dierum, prolixè tractant.* Nos ex methodi præscripto agamus de iis, quæ ante, in, & post triumphum observata fuerunt. Et quidem ante triumphum conceditur primus triumphus. Ratio prinde habenda tam Concedentium, tam eorum, quibus conceditur, respectu Ætatis, Dignitatis, Patriæ, Meriti, & Vitoria. Subinde Præparantur ea, quæ ad triumphum sunt necessaria quævis alia, & ipsum quoque Epulum, ad quod invitabantur. *In triumpho occurrunt L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.*

tria præcipuè, Pompa scilicet, Tempus, atque Locus. Pompanalii circumstant, Spectatores scilicet: alii eadem Constituant, tanquam Partes, vel Actus, vel Passiva. Adhibentur duorum generum facinus, Principes, & Ministrantes. Principum appellatione complector Ducem, sive Imperatorem triumphantem (cujus exempla ex *Voluminis III. libro petenda, quatenus inter eximia Honoris species Triumphus connumeratur*) consideratum secundum Habitum, Cultum, Mactatum, putâ incessum, aut ventionem equo, celebrante, curru factam: deinde etiam Milites, ipsius Ducis currum sequi solitos, Ministrantium alii Gessant, aguntve triumphij sercula, & vel Homines, vel Belluæ: alii comitantur triumphantem, causa Admonitionis, Honoris, Gratiitudinis, ab eo liberati cives, sociive, Passivas partes triumphij eas voco, de quibus triumphatur, sive ipsa existant (sic in triumpho ducuntur Hostium duces, Milites clarissimi: ducuntur item Animalia vasa, Monstra, Plantæ, & Arbores Gemmæ, Signa, & Tabellæ, Naves, Suppellex nova) sive Imaginibus, & Simulacris represententur. Sic & Hostium, & Urbium simulacra, & imagines deferbantur.

**ANTE TRIUMPHUM. NEMPE. CONCESSIO TRIUMPHI. Qui concedant.**

L. ÆMILIUS REGILLUS classe Hannibalem tunc præfectum Antiochij Regis vicit. Cui revertenti in æde Apollinis, cum festinus datus esset, auditis rebus gestis ejus, quanta cum classe hostium dimicasset, quot inde naves merisset, quot cepisset, consensu Patrum triumphus ei decretus. *Livius 1. 8.* M. ATTILIUS GLABRIO, cum bello Macedonico Antiochum Asiæ Regem, & Etolos auxiliares insigni clade apud Theropylas auxiliante Philippo rege, bello navali vicisset, triumphum petiit. Sempronius Gracchus, & Rutilius Tribunus plebis diem dixere, ob prædam regiam interverfam, neque in ætarium relatum. Testimonio gravissimi viri Catonis (qui cum eo legatus fuerat) absolutus est, & triumphus ei à Populo decretus. *Livius de bello Maced.* Sublatis Decemviris creati Coss. M. Horatius, & L. Valerius. Hic Sabinos, ille Equos, & Volcos feliciter superavit. Duplici victoria parta, malignè Patres in unum diem supplicationem decrevere. Populus sua sponte alterum diem adiecit, quo aliquantò frequentius est circa templa supplicatum. Consul ad urbem revertens, cum in campum Martium senatum vocasset, ut de rebus à se in Provincia gestis differret, malignè quidam patrum interpretati, ad terrorem id fieri querentibus, ut senatus castrensibus armis septus, metu cogertur, quæ ipsi vellent decernere: quam calumniam consules discussuri in præta Flaminia senatum avocaverit, ab Apollinis æde Apollinari fuit loco nomen. Quibus cum à patribus triumphus negaretur, Iulius Tribunus plebis ad populum tulit, de amborum consulum triumpho. Omnes centurias illis honorem decrevere. Ac tunc primum sine patrum auctoritate populi iusti est Romæ triumphatum, cum ad id tempus senatus, non populi iudicium fuisse. *Sab. 1. 4. En. 3. ex Livio. 1. 3.*

M. RUTILIO dicitore, de plebe homini, deditis, & victis hostibus, sive patrum auctoritate, solo iusto Populi triumphare licuit. *Alex. 1. 6. c. 6.* Alexander Severus Imp. cum contra Persas pugnavisset, & Artaxerxen vicisset, triumphus à Senatu ei (post orationem de rebus à se gestis habitam) decretus est. *Volat. 1. 3. Anth.*

**QUIBUS CONCEDATUR, RATIONE HABITA. Etatis. Cui etati triumphus debeatur.**

CN. POMPEJUS de Juba rege Africanum triumphum à Sylla impetravit ante ætatem. Eapropter Magni cognomen meruit. *Plut. in Pomp.*

**Dignitatis. Qui Magistratus triumphare possint.**

Apud Romanos tametsi victis, fuis, fugatisque hostibus tres triumpho dignos Imperatores gessissent; si tamen neque Dictator, neque consul, aut prætor exercitui præfuisset, neque legitimum haberent magistratum, cuius ductu, & imperio victi essent, & profligati triumphare nemini fas erat. Tametsi Scipionem proconsulem, & cui fas prærogatum imperium fuerat, de Hannibale, & Pœnis, & Cn. Manlium de Gallogræcis, Paululumque Æmilium de Ingaunis, Liguriibus, & Pompejum Magnum de Sertorio proconsules permisit triumphum legamus. Petrarò enim alicui triumphare egisisset, qui sine legitimo magistratu, & sine iusto imperio rem gessisset: præter Pompejum Magnum, qui tametsi in senatum per ætatem admissus non fuisset, eques Romanus adhuc, id quod contigit



contigit nulli, devicto in Africa Domitio, importunitate A sua evicti a Sylla etiam invito, ut triumpharet. Alex. lib. 2. cap. 22.

L. CORN. LENTULUS proconsul in Hispania Hannibalis tempore, cum in fine belli rediret, ac in senatu deribus abs se multos jam annos feliciter gestis discederet, triumphumque peteret, res quidem triumpho dignas senatus censebat: sed exemplum se à majoribus accepisse, ut qui neque dictator, neque consul, neque praetor res gessisset, minimè triumpharet. Concessum tamen, quamquam I. Sempronio Longo intercedente, ut ovans urbem ingrederetur. Livius lib. 41.

P. Scipioni ob recuperatas Hispanias, M. Marcello ob captas Syracusas triumphus non fuit decretus, quò ad eas res gerendas sine ullo missi erant magistratu. Prohibentur nunc cusulibet gloria cupidi, qui ex desertis montibus myoparo, cumque piraticis rostris, laudis inopes, laurea ramulos festinabunda manu decerpserunt. Carthagini imperio abrupta Hispania, & Siciliae caput abscissum Syracusae, triumphales jungere currus nequiverunt, & quibus viris? Scipioni, & Marcello, quorum ipsa nomina instar sunt aeterni triumphi. Sed clarissimos solidae, veraque virtutis auctores, humeris suis salutem patriae gestantes, et coronatos intueri Senatus cupiebat, iustiori tamen reservandos laurea putavit. Valerius Maximus lib. 2. cap. 3.

Ex duobus Imperatoribus in magistratu positis, illi, qui in supremo gradu est, soli triumphare permittitur. Ideò consul cum dictatore, aut praetor non triumphat, ne minor potestas majori aequata videatur, neve auspicia, quae majoris magistratus sunt, cum minoribus confundantur, licet dictatorem, & magistrum equecum una triumphasse saepe legamus. Neque semel tantum, sed pluries in eodem magistratu, & contra eodem hostes, propter res feliciter gestas, magnis saepe ducibus triumphare permittitur. Alex. lib. 1. cap. 22.

Luctatius Cos. & Q. Valerius praetor, circa Siciliam insignem Pecunorum classem deleverant, quo nomine Luctatio Cos. triumphum Senatus decrevit. Cum autem Valerius sibi quoque cum decerni desideraret, negativè fieri oportere Luctatium, ne in honore triumphi minor potestas majori equaretur: pertinaciusque progressa contentio, Valerius sponcione Luctarium provocavit, non se petiturum triumphum, nisi suo ductu Punica classis esset oppressa; nec dubitavit respitulari Luctatium. Itaque iudex inter eos convenit Amilius Calatinus, apud quem Valerius in hunc modum egit: Consulem ea pugna in lectica claudum jacuisse, se autem omnibus Imperatoris partibus functum. Tunc Calatinus, prius quam Luctatium causam suam ordiretur: Quæro (inquit) Valeri, at, si dicandum necne esset, contrariis inter vos sententiis diffidissetis utrum quòd consul, an quòd praetor imperasset, majus habiturum fuerit momentum? Respondit Valerius: Non facere se controversiam, quin priores partes Cos. essent futurae. Age deinde (inquit, Calatinus) si diversa auspicia accepissetis, cuius magis auspicio staretur? Item respondit Valerius Cos. Jam mehercule (inquit) cum de imperio, & auspicio inter vos disceptationem suscepim, & tu utroque adversarium tuum superiorem fuisse fatearis, nihil est quòd ulterius dubitem. Itaque Luctati, quamvis adhuc tacueris, secundum te litem do. Mirificè iudex, quòd in manifesto negotio tempus teri passus non est: probabilis Luctatium, quòd jus amplissimi honoris constanter defendit. Sed nec Valerius quidem improbe, quia furtis, & prosperè pugna, ut non legitimum, ita se dignum primum petiit. Valer. Max. lib. 2. cap. 7.

Cum Veientes olim, & Tarquinientes pro Tarquinis contra Romanos arma movissent, & velut æquo Marte utrinque pugnatum foret, quòd uno plus Hetruscorum in acie occidisset, nec hostium quispian postero die in conspectu esset, digna res triumpho visa est. Itaque P. Val. consul, quamvis collega morte sublati, de Veientibus, & Tarquinientibus triumphum egit. Alex. lib. 1. cap. 22.

Nisi suo ductu, & auspicio, ac in sua, & non aliena Provincia, eaque pacata, & nullo manente bello Imperatores hostes profligasset, & vicissent, triumphare nemini licuit. Ideò Livio, & Nerone consulibus devicto ad Metaurum Hasdrubale, Livius, qui in sua provincia rem gesserat, de Hasdrubale, & Pœnis iustissimè triumphavit: Nero autem, qui potior victoriae causa fuit, quòd in aliena provincia suppetas collega dederat, ovans in urbem vectus est. Exque duobus consulibus eandem provinciam fortis, contraque eosdem militantibus, uni triumphum decretum, quòd hostes iustis

egerat, ejusque ductu, & auspicio parta victoria fuerat, alteri negatum legitimum. L. Valerio Poiteo, & M. Manlio consulibus, quòd contra Æquos in Algido prosperè rem gessissent, Valerio triumphus, quòd perseverantior in hoste persequeundo, instando, urgentius fuerat: Manlio verò, ut ovans urbem iniret, à senatu datum est. Nonnumquam stantibus consulibus, praetor, qui in sua provincia res gesserat, hostesque fuderat etiam sine consulibus triumphabat, duoque consules esse de eisdem hostibus parta victoria, triumphantes urbem inibant. Alex. lib. 1.

Vendidiis de Parthis, & Pacoro, sine M. Antonio consule, cuius legatus erat, novo exemplo triumphavit. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 3.

Meriti, Victoriae. Quibus Factis triumphus debeatur.

Veteres Romanos olim non ex quibuscunque victoriis triumphare consueverunt, sed cum bellorum, & victoriarum cause eo munere digna viderentur, triumphos egisse accipiunt. Causa vero triumphorum licet prima origine exiles fuerint, atque tenues, quippe quia exiguis viribus, & parva manu rem agebant: postea aucto, dilatatoque imperio majores, certioresque fuerunt, ut ad triumphi munus quicumque aspiraret. Cum Veientes olim Tarquinientesque pro Tarquinis contra Romanos movissent arma, & velut æquo Marte utrinque pugnatum foret, quòd uno plus Hetruscorum in acie occidisset, nec hostium quispian postero die in conspectu erat, digna res triumpho visa fuit. Itaque P. Valerius Consul, quamvis collega morte sublati, de Veientibus, Tarquinientibusque triumphum egit: & P. Valerius, & T. Lucretius consules, cum infesto exercitu in agrum Sabinum profecti, primo vastatione, mox praelio ita hostium opes afflixissent, ut nihil inde rebellionis timeri posset, triumphantes urbem inire: Quinetiam ex deditis, & non captis viribus, ut hostibus suis, & averis, stante Dictatore, à consulibus saepe triumphatum est. De Priverno, & Pometia, deque Sabinis, & Samnitibus, etiam non in captis, sed in deditionem acceptis, triumphare licuit: propterque averos, & palatos hostes Claudius Petilius consul, Dictatore Q. Servilio Halda, de Tiburtibus, & Gallis triumphavit. Et Cornelius, & Bebius consules, quòd Ligures Apuanos, non expectantes bellum, in deditionem acceptant, & ad 12. millia in alias terras traduxerant, de Liguribus velut acie victis triumpharunt. Procedente mox tempore, cum porpagato imperio, cum hostibus validis, magnis utrinque viribus bella agerentur, & Imperatores quæ levissimis quibusque praeliis triumphum peterent, cautum fuit, ne cui triumphum, nisi quinque hostium millia occidisset, & iusta acie magnas copias fudisset, decerneretur liceret. Cujus rei fidem apud quætores, ex lege de L. Mario, & M. Cat. Trib. pleb. posita, ut quòd laboris exhaustum, quidve egdis noscerent, amplissimo testimonio facti oportebat. Val. Max. lib. 2. cap. 3. Idque non ab re visum. Erat enim triumphus ingens honorum cumulus, quem multi dixerunt maximum vite bonum, quo non nisi magnis conatibus devictis perduellibus, victores bello ducere honestabant. Urque nisi pro aucto Imperio, non pro recuperatis his, quæ bello amissa erant, triumphus cuiquam decerneretur. Illud etiam ex annalibus constat, Romanum civem, quamvis Reipubl. perniciosum, & infestum, si bello victus foret, in triumpho delerit non liceisse. Si contra piratas, servos, aut fugitivos, vel aliud genus hominum, Romano nomine indignum, bellatum, tanquam belli causa erubescenda, quamvis parta victoria, & hostibus suis, averisque, nemini triumphare licebat. Contra vero civis bello victus, quia lugubris victoria est, impleque dux minimè Imperator censetur, licet bene gerenda rei occasione data: nequovare aut triumphare, vel supplicationes cuiquam decernere, dum respud. stetit, unquam permittitur fuit, nisi post aliquas ætates, cum Aurelianus Augustus de Tetrico viro Senatorio (quem in Oriente vicerat) & Zenobia muliere triumphavit, Nafica liberum Gracchum, & Opimium C. Gracci factioes mœsti trucidarunt. Q. Catalus M. Lepido collega suo, cum omnibus copiis seditionis extincto, moderatus præse ferens gaudium, in urbem revertitur. C. Antonius, Catilinae victor, absterfos gladios in castra retulit. L. Cinna & C. Marius hauserant quidem avidi civilem sanguinem: sed non protinus ad templa deorum, & aras retenderunt. L. Sylla, qui plurimabellaciviliaconsecit, cuius crudelissimi, & insolentissimi successus fuerunt, cum consummata, ac constructa potentia sua triumphum duceret, ut Græciæ, & Asiae multas urbes: ita civium Roman. nullum oppidum vexit. Val. Max. lib. 7. cap. 3.

cap. 3. Proinde triumphus, quem de Pompeii liberis Cæsar A egit novissimum, supra modum fuit Romanis acerbus. Neque enim alienigenis ducibus, vel regibus oppressis barbaris, sed viri Romani summa calamitate afflicti liberis, & familia semel oppressis, secum habebatur, patris insultare calamitibus, atque exultare ob has, quarum unica apud deos, atque homines, quòd necessariò esset eò compulsi, existebat defensio: idque cum antè, nec nuncio, nec literis victoriam ex bellis civilibus relatum publicè significasset, sed gloriam illam rejecisset rubore. Plut. in Cæsare.

Ei, qui magnis perperis cladibus, & nimium cruenta victoria esset potius, tanquam lugubris, & parvi compendii, quòd multis fueribus, non multis commodis temp. afficeret, triumphare non licebat. Propterea Valerio Consuli, victori contra Gallos, ob eadem exercitus, negatus triumphus fuit: cum magis dolor civibus amissis, quam victoria hostibus suis prevaluisset. Nec eum, qui exercitus Roman. non deportasset, nisi perdomitam, pacatamque provinciam successori deditisset, more majorum. Alex. lib. 1. cap. 22.

Q. Ful. Capua capta, & L. Opimius, Fregellanis ad deditionem compulsi, triumphandi potestatem à Senatu petierunt. Uterque editis operibus magnificis, sed neuter petite rei compos. Non quidem invidia Patrum C. cui nunquam additum in curia egi voluerunt: sed summa diligentia observandi juris, quò cautum erat, ut pro aucto imperio non pro recuperatis, quæ Pop. Rom. fuissent, triumphus decerneretur. Tantum enim interfecti, adiciæ aliquid, an detractum restituias, quantum distat beneficii initium ab injuriæ fine. Val. lib. 2. cap. 3.

Patris. CORN. BALBO Gaditano, Æthiopiis, atque Garamanis bello superatis, cum civitatis jure, ut triumphans quoque urbem iniret, novo exemplo Senatus concessit. Antè eum enim triumphi honos etiam latro denegatus, solis patebat Romanis. Plin. lib. 5. cap. 5. & lib. 7. cap. 43.

INVITATIO AD CONVIVIUM TRIUMPHALE.

Apud Rom. mortis erat ab Imperatore triumphum ducturo Coss. invitati ad cenam: deinde rogati, ut venire superederent: ne quò eodie, qui in triumphaverit; majoris in eodem convivio esset imperii. Val. lib. 2. cap. 3.

IN TRIUMPHO, CONSIDERETUR POMPA TRIUMPHI CONSTANS Duce, Imperatore, Triumphantis Habitibus, Ornatus.

Triumphans curru inaurato vectus, corona, ut testis est Gellius, aureo redimiebatur. Auctor est Verrius, Jovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illi solitam, triumphantiumque corpora: sic Camillum triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in unguenta cenæ triumphalis, & à censoribus in primis Jovem minianum locari. Cujus rei quidem causam miror, quamquam & id expecti constat Æthiopum populis, totosque eotingi proceres, hunque deorum simulacris colore esse. Plin. lib. 33. cap. 7.

Triumphantes bullam gestabant, inclusis intra eam remedijs contra invidiam. Maccobius lib. 1. Saturn. cap. 6. Effigies.

Cum Senatus, populusque Rom. vellet, ut sicuti Adrianus Trajano in principatu successerat, ita etiam quia Trajanus morte intercepisset, triumphum devictis Parthis ducere nequiverat, ipse pro eo triumphare: ille curavit, ut pro Trajano Trajani Effigies triumpharet. Fulg. lib. 2. cap. 3. Motus, nemp Incessus, Vectio, Curvus, Equus.

Sestroses Ægypti rex, forte ductos reges annis singulis ad currum jungebat, ut ea pompa per omnium ora triumpharet. Alex. lib. 6. cap. 6.

A principio urbis, non curru triumphali, nec equo vehi triumphum, sed pedibus incedere affueverat. Postea equo vecti, demum curru quadrijugo triumpharunt. Alex. lib. 1. cap. 22. Bello Sabino, Aronem regem Conientium secum congestum, vulnereque prostratum, Romulus vita, & armis spoliavit, & victore exercitu domum reducto spolia hosti detracta, in trophaei speciem suspensa præ se in Capitolium tulit, Jovisque Feretro ad quemcum pastoribus sacram dedicavit. Dionysius auctor est, purpura eum indutum, caputque laurea

præinctum, quadrijugo curru urbi invecum, & expressamque tum primium legitimi triumphiformam. Quòd mirorà Livio E prætermissum. Sab. lib. 3. Epp. 2.

VALERIUS Coss. victis Hetrucis Tarquinium reducere tentantibus, triumphans inde primus consulum quadriga urbem inivit: quæ res augustam speciem, & magnificam non odiosam præbuit, neque invidiosam spectatoribus. Neque enim tanta id factum consecuta æmulatio esset, neque quæ per multos annos duravit ambitio. Plut. in Poplicola.

Livius Decad. 1. lib. 5. narrat, Camillum captis Veis, ita triumphantem ingreßum urbem, ut curru quatuor equis albis juncto veheretur, & ob id eum triumphum clariorem fuisse, quam gratiorem, quòd Solis, ac Jovis currum æquiparasse moliretur. Quare civis alienæ inflectos insolentia equitavit. Plut. in Camillo.

M. FULVIUS in triumpho, quem de Ætolis, & Cephalania habuit, carpentis vectus est. Alex. lib. 6. cap. 6.

L. Paulus Æmilius devicta Macedonia filios duos impuberes, triumphans in curru duxit, quorum alterum triduo post amisit. Alex. lib. 5. cap. 19.

NERO Cæsar monstrosico invento Hermaphrodytas equas F portenti loco ad currum duxit. Heliogabalus Imp. triumphans quaternis canibus, mox tigribus vectus est. Alexander Severus Imp. cum de Persis triumpharet, non curru triumphali, sed pedibus sequente curru quatuor elephantorum Palatium ascendit. Germanicus Cæsar, currum quinq. equis onustum in triumpho duxit. Alex. lib. 6. cap. 6.

FL. VIBISCUS afferit, Aurelianus Imp. quatuor jugalibus cervis, curru devicti regis Gothorum Cannabæ applicatis, infestis, atque Capitolium more triumphantium intravisse: quos crediderim fuisse tangiferos, omnes cervorum vires fortitudine, & celeritate exuperantes. Olaus lib. 17. cap. 28. gentium Septentrional.

CN. DOMITIUS Ænobardus, devictis Arvernis, Allobrogibusque nova, atque inusitata facie elephantum vectus, inter legiones eum triumphans per totam Italiam ad urbem Roman. profectus est. Fulg. lib. 3. cap. 6.

CN. POMPEIUS de Domitio Mariano triumphans, pro equis elephantos adhibere voluit, nisi portarum angustias obstitissent. Idem lib. 2. cap. 3.

MILITIBUS. G

L. Furius Camillus in pretura sua de Gallis triumphavit: in ejus tamen triumpho, nec captivos præcessisse, nec spolia prælata, nec milites secutos esse, Alex. lib. 6. cap. 6. testatur. Idem Dictator recuperata ex hostibus Gallis patria, triumphans in urbem rediit, interque jocos, quos inconditos faciunt milites, Romulus, ac Parens patriæ, Conditoreque alter urbis haud vanis laudibus appellatus est. Livius lib. 5.

M. Acilium de Antiocho, & Ætolis, sive Militibus, & exercitu triumphasse constat. Milites diversis convitiis triumphantes incessabant, ne prospera illa fortuna plus æquo superbirent, & insolerent. Sic triumphante Cæsare milites ceciderunt: Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias: Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

Præterea: Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.

Item: Romani servate uxores, macrum cultum adducimus: H

Item: Auro in Gallia suprum emissi, sumptu mutuum.

Suetonius in Cæsare.

Locus de Ventidii Bassi triumpho Parthico extat apud Gellium lib. 15. cap. 4.

Concurrunt omnes augures aruspices, Portentum inusitatum constat est recens: Nam multos, qui fricabat, consul factus est.

Quos tamen verticulos non à Militibus decantatos post triumphum, sed vulgò per vias urbis proscriptos ait.

MINISTRIS, QUI FERCOLA GESTANT, aguntve, sive sint Homines.

Huc qui imagines, qui coronas, qui feracula quævis alia gestant.

Bellus.

Suetonius scribit, triumphantem C. Jul. Cæsarem ascendisse Capitolium ad lumina, xl. elephantis dextra, & sinistra lynchos gestantibus.